



Misc. 3, 19.









E

AD

W

JO

Hid





407  
JESUS!

\* \* \*

MANIPULUS PRIMUS

EPISTOLARUM

SINGULARIUM,

AB HEROIBUS INCLUTIS AC VIRIS

ILLUSTRIBUS, CELEBRIBUS AC CLARIS

ad Diversos diversò tempore

scriptarum,

quas ex *Αὐτογενήφοις*

*um Censura & Approbatione Max. Venerandæ*

*Facultatis Theologicæ*

WITTEBERGENSIS

publici juris fieri iussit

*Sumptibus ac impensis suis*

POSSESSOR

JO. FRIDERICUS HEKELIUS,

adjectò in calce triplici Indice.



Ps. XCI. 13.

---

DRESDAE,

Editoris Sumptibus apud CHRISTOPH. HE-  
KELIUM, A. MESS. M.DC. XCIX.



BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



DRESDEN

CHRISTOPH  
M.D.C.XCIX

LL  
qv  
se  
pu  
qv  
bl  
tu  
m  
fal  
qv  
de  
do





AD  
LECTOREM BENEVOLUM,  
ET CHRISTIANUM.



**C**onstitueram mecum,  
unam vel alteram Epi-  
stolarum MSSar. Vi-  
rorum illustrium at-  
que celebrium hujus & superioris  
seculi CENTURIAM è seriniis meis  
publicæ luci concedere. Ast  
quoniam hætenus neminem Bi-  
bliopolarum ex voto reperire po-  
tui, qui hæc ad Epistolas impri-  
mendas sumptus suppeditasset,  
saltem quendam Manipulum,  
quem jamdiu (imperfectum qui-  
dem) prelo commisi imprimen-  
do, adjectis tribus Indicibus, absol-  
ve-



vere volui, ter sanctè factò hóc  
 promissò, me plures tales in lu-  
 cem esse verè daturum, si ero ex-  
 pertus, quòd hæc antiqva, quæ  
 jam nova fiunt, amafios atqve æ-  
 stimatores suos invene-  
 rint.



E  
 va  
 tia  
 bi  
 du  
 ig  
 ita  
 fr  
 tu  
 ve  
 da  
 fa  
 no  
 re







I.

*Venerabilibus, Amicis nostris carissimis, Capitulo*  
**ECCLESIAE BAMBERGENSIS,**  
**FRANCISCUS de GONZAGA,**  
Cardinalis Mantuanus.

*Venerabiles, Amici nostri carissimi,*  
*Salutem!*



Quod antea inter nos con-  
ventum & concordatum  
est super primariis Preci-  
bus, quas in favorem *Reve-  
rendi Patris, Decani Vestri,*  
nobis postulavimus reser-  
vari, ut facilius atque efficacius suum for-  
tiatur effectum, in tempore duximus Vo-  
bis per has literas nostras commemoran-  
dum. Nam ita cordi habemus. Erant  
igitur ipsius *Dn. Decani* primariae *Prae-*  
*ces* ita, ut earum vi ac robore in usum suum  
fruatur, & inde, quid cupimus, assequa-  
tur. Alterum est, quod, sicut ex literis  
vestris accepimus, difficultatem quan-  
dam super secundariis Precibus, quas in  
favorem carissimi Notarii, commensalis  
nostri, *Dn. Wilhelmi Molitoris,* nobis itidem  
reservabamus, ingerere videmini, quam

A

cer-





certè non à Vobis expectabamus, à quibus speraviffemus, pro noſtra in Vos & totam Nationem Germanicam affectione longè majora obtinere, & in iis etiam, in quibus nullum ipſi jus haberemus. Habet Præpoſitura noſtra multorum, ut ſcitis, beneficiorum collationem, ex qua Vobis non modici fructus accedent, & propterea non deberetis tam parvam rem nobis denegare. Mandavimus Procuratori noſtro, ut in locatione has conditiones adjiceret, neque aliter rem tranſigeret. Viſi eſtis à principio, etſi id grave atque incommodum Vobis fore aſſereretis, non recuſare. Verùm poſt omnia apertius poſtulatiſtis, ne Vos his ſecundariis Precibus gravaremus. Ingenue Vobis fatebimur, quid ſentimus. Habent apud nos tantum roboris preces ac poſtulationes Veſtræ, ut non eiſdem poſſemus denegare, quod cum honore noſtro fieri poſſet. Et ſi perſona hæc, pro qua poſtulavimus, à nobis fuiſſet extranea, admiſſiſſemus requiſitionem Veſtram, & ſecundarias has Preces ſummoviſſemus. Sed cum pro Servitore noſtro dilectiſſimo, homine bene merito, cujus in nos ſunt maxima fidelitatis opera, inſtiterimus,

mus,



mus, & ei jam pridē hoc muneris & gratiæ  
 promissilemus, indignum nostrā in eum  
 affectione & opinione, quam de Vestra  
 erga nos affectione concepimus, arbitra-  
 mur ab eisdem cessare, atque indē nos re-  
 trahere. Hortamur igitur Vos & roga-  
 mus, ut secundarias has Preces ita admit-  
 tatis, sicuti primarias, & in prædicti *Dn.*  
*Wilhelmi*, quem ad id iteratō nominamus,  
 favorem, usum atque honorem nobis  
 reservetis. Nam hoc erit nobis ita gra-  
 tissimum, ut qualis sit futurus erga nos  
 animus vester, ex hac re facile simus ju-  
 dicaturi. Expectabim⁹ respōsum Vestrū,  
 in quo, si nobis annueritis, ut speramus,  
 augendæ erga Vos benivolentiæ nostræ  
 non parū profecisse cognoscetis. Cū  
 & honorem nostrum & preces nostras  
 apud Vos non fuisse neglectas cognove-  
 rimus, habituri id æquē carissimum, ac  
 si tantummodō utilitas atque interesse  
 nostrum ageretur, sicuti certē agi vide-  
 mus. Valete. Sum⁹ parati beneplacitis Ve-  
 stris. *Romæ* XI. Febr. M. CCCC. LXVIII.

II.

GEORGIO SPALATINO, Politiorum  
 Litterarum Studiōssimo, &c.

BENEDICTUS CHELIDONIUS, Monachus,

A 2

S. P.



S. P.

**L**Egi dudum litteras quasdam Tuas,  
*Christophoro Scheurlo*, Viro Tui a-  
 mantissimo, abs Te missas, *GEORGI cha-*  
*rissime*, in quibus nostrum *Pirckamerum*,  
*Holtzbucherumque*, atque alios quosdam  
 de bonis Litteris bene meritos, & impri-  
 mis Tuum *Scheurlum*, Legum Doctorem  
 bonâ commemoratione prædicas, atque  
 adeo nostræ Urbis sortem admodum lau-  
 das. Quare mihi visus sum ex officio fa-  
 cere, si Te meis, qui tamen impoliti sunt,  
 Versibus salutarem, qui nostros Tuis tam  
 frequenter salutas. Lege igitur incul-  
 tam nostram Musam cultioribus doctri-  
 narum epulis saginari consuetus, & cogi-  
 ta, inter Amicos holuscula quoque non  
 desipere.

*Quod multum Te Scheurlus amat, mirabile non est,  
 Atque illum quod Tu, non ego miror iters.*

*Hanc rebus Natura dedit bene provida legem,  
 Se velit ut sanctè jungere quodque sibi.*

*Humida sic ponto refluant, volat ignis ad astra,  
 Sic mundi partes fœdus amorque ligat:*

*Sic ego, doctrinâ vacuus licet, omnibus impar  
 Doctis; at Sophiæ ducor amore tamen,*

*Saltemque hoc studiis Vestris non forsitan abhorrens  
 Communem Vestram sector amicitiam.*

*Fama Spalatinum nobis facit optima notum,  
 Nec non ipsius Carmina visa mihi,*

Et



Scheurlum facies & consuetudo modesta,  
 Insuper & fandi lingua perita satis,  
 Quam non meritum coram quandoque salutar,  
 Et meminit laudes Vir pius Me Tuas.  
 Laudibus huic itidem dignis & nomine pulchro  
 Officio calami Tu quoque prosequeris.  
 Ut subeant menti duo Sidera lucida fratres,  
 Pollux & Castor, nunc Decus aethereum.  
 Et mihi submisset non uno murmure, Amicos  
 O si tertius hos inter & ipso forem,  
 Quos Animi dotes & semper candida Virtus  
 Constanti socios foedere conciliant.

Vale. Datum Noricopoli in S. ÆGIDII Mo-  
 nasterio 4. Idus Aug. 1512.

III.

Præstantiss. Bonarum Artium Professori,  
 GEORGIO SPALATINO,  
 Ducali Consiliario, &c.

Præceptori & Amico observando,

S. P. D.

CHUONRADUS PEUTINGER, Augustanus.

Litteris Tuis ad III. Idus Junii scriptis, mi-  
 hique VIII. Kls. Sextil. redditis, pluri-  
 mum delectatus sum, cum quod elegan-  
 tis & politioris Litteraturæ, tum quod  
 admonuerunt veteris Tuæ optimæ con-  
 suetudinis, cuius repetita memoria mihi  
 plurimum grata fuit, eaque gratior, quod  
 nec sperassem, ut amicitia diu intermissæ  
 aliquem à Te fructum consecutus essem.

A 3,

Hoc



Hoc tamen in primis fateor, me à Tetri-  
nas antea habuisse litteras, quas & ad E-  
ruditorum monumenta ( ut apud me  
sunt ) observo, sic etiam non solum lepi-  
dissimè, sed & Tuâ humanitate maximâ  
exhortatus ipsas denuò relegi. His, cre-  
de mihi, bis respondi. Sed, quòd nostræ  
litteræ Tibi redditæ non sunt, doleo, qui,  
etsi in litteris dandis propter occupatio-  
nes non mediocres tardior admodum  
sum; Te tamen & quemcunque alium  
Eruditum non soleo præterire litteris eti-  
am meis non satis comptis. Tibi verò,  
cui benè esse cupio, quòd apud Illustriss.  
Principem nostrum es, congratulor, eum  
scilicet Justitiâ, Fide & Humanitate præ-  
ditum, & Eruditorum, ut verè scribis, Pa-  
tronum munificentissimum, cui devotus  
semper fui & ero. Meâ utinam volun-  
tate obseqventissimâ frui posset, & com-  
mole. Laudas non mediocriter Inscri-  
ptionem illam *Imp. Cæs. OTTONIS AUG. III.*  
Gaudeo me in Studiosorum Antiquitatis  
ordinem à Te relatum, qui etsi, ut verum  
dicam, ex Justitiæ tenebris pedem ali-  
quandò moverim, promovì verò nihil,  
aut parùm; Laudatio tamen Tua, utcun-  
que ex amore proficiens, in vota no-  
stra



stra est recepta. Canonici verò plerique, apud quos Principis nostri factum hoc egeram, quòd Inscriptio illa sepulchralis, ut obscura, dilucida reddi deberet, cavillati sunt, qui etsi iudices harum rerum esse non possunt, *Momi* personam tunc indutos subaudi; nos tamen aliquid & modicum in ea Principis nostri iussu expunximus. Sed fortè me *Momum* esse dicis. Is enim *Venerem*, cùm non posset scandalum ejus, culpaverat. Petit Illustrissimus Princeps noster, immò Tuus, Vitas Cæss. OTTONUM, & Magni Filii & Nepotum LUITOLF, OTTONIS & HERMANNI, item GREGORII QUINTI, Pontif. Maximi: Divi item Cæs. HENRICI SECUNDI, & Conjugis ejus KUNEGUNDIS AUGUSTÆ. Verùm has & gesta eorum non accumulatim concinnata, sed undique sparsim collecta habeo, & ultra Autores hætenus formis excusos, quorum veterum & recentiorum mihi magnus est numerus. Meâ diligentia & etiam non mediocri impensâ exscribi mihi curavi REGINONEM, *Abb. Prumiensem*, OTTONEM, *Frisingensem*, & LUITPRANDUM, *Ticinensem* Episcopos, apud quos *Saxones* illi Tui, ut res fert, haberi solent, quorum etiam meminit *Pro-*



*copius* de Gothicô Bellô, *Gregorius*, *Turo-*  
*nenſis* Episcopus, & *Atto* in Breviario ſuo,  
 nuper à *Gallia* mihi tranſmiſſo. Habeo  
 prætereà *PAULI* *DIACONI*, *Forojulienſis*,  
*WARNEFRIDI* Filii, *Rerum Langobardica-*  
*rum* Libros ſex. *JORNANDIS* item Librum  
 de *Bello Gothico*, & alios pleroſque, qui de  
*Germanis Septentrionalibus*, veris *Nort-*  
*mannis*, plura perſcripſerunt. Hæc omnia  
 non ſine impenſa magna & tempore  
 etiam longo exſcribi poſſent, nec etiam  
 commode eoſdem (ſi modò non habes)  
 ad Te, vel alios tranſmittendos puto, *Theſ-*  
*ſaurum* meum *Rerum Germanicarum*,  
 quem hætenus ab annis *XX.* collegi.  
 Quos ſi ob viarum pericula, vel aquarum  
 moleſtiam amitterem, tota mea opera ac  
 quaſi harum rerum gloria perderetur.  
 Pauper, quid tunc agendum, non ſatis  
 perſpicerem. Aliqua de *LUITOLFÔ* ſub-  
 jungam, quæ tamen Te latere non credo.  
 Annô *Salutis XLVIII.* ſupra *DCCCC.*  
*Cæſar OTTO MAGNUS* Filium ſuum *LUI-*  
*TOLFUM*, *Hermannô* Principe defunctô,  
*Suevorum* Ducem declaravit. Is deinde  
 ad annum *V.* Patri rebellans ad *Hilerum*,  
*Sueviae* flumen, Villam quoque *Tirſſen*,  
 acie utriuſque jam inſtructâ, Patri pugnâ  
 con-



congregari volebat. Verum *Divus* UDAL-  
 RICUS *Augustensis*, & HARTPERTUS, *Cu-*  
*riensis* Ecclesiae Episcopi, bello infecto,  
*Luitolfo* ipsi Parentis gratiam impetrave-  
 runt. LUITOLFUS pro Patre *Italiam* dein-  
 de concedens, *Berengario* profligato, ejus  
 quoque filio capto, *Italiae* Regno potitus  
 est, tandem *Plombini*, OTTONE Filio reli-  
 ctio, morte immatura occubuit, *Mogun-*  
*tiacum* delatus: eo loci conditus jacet.  
 OTTONI, cum infans esset, BURCHARDUS  
 in *Sueviae* Ducatu subrogatur. Is, quod  
*Italia* denuo rebellaverat, ADELPERTO fu-  
 gato & GVIDONE Fratre ejus occiso, *Itali-*  
*am* ipsam OTTONI Caesari iterum paratam  
 reddidit. Anno deinde LXV. supra DCCCC.  
 mortem obiit, & *Augiae* in Insula Rhe-  
 nana est sepultus. OTTO tunc, LUITOLFI  
 Filius, paterno Ducatu restituitur, &  
 quod HEINRICUS, MAGNI OTTONIS ex  
 Fratre HEINRICO Nepos, dum quoque  
 Caesaris HEINRICI AUG. *Secundi* Pater,  
 cum HEINRICO, *Augustensium* Episcopo,  
 a Caesare OTTONE II. defecerat, Ducatu  
 ejus *Bajoarico* (quod tenebat) substitui-  
 tur, sed OTTONE, *Sueviae & Bajoariae* Du-  
 ce, mortuo, HEINRICUS idem *Bajoaricum*  
 denuo recepit; *Suevis* vero CHUONRADUS,



Dux dicitur. Hæc ex HERMANNO, *Verin-*  
*giorum* Comite, congestimus. GREGO-  
 RIUS VERÒ TURONENSIS Regum quorundam  
*Thuringorum* meminit. Sed de his alias.  
 GALFREDUS de Rebus *Britanniæ* ad Te  
 vadit, eò pactò, ut redeat, quem velim  
 remittas. Aliud quidem exemplar non  
 habeo. Verùm ut semel finem faciam,  
 Te colo & observo, meque Tui deditissi-  
 mum dijudicato, & Principi nostro libe-  
 ralissimo humiliter me commenda. Ex  
*Augustâ Vindelicorum* VIII. Kal. Sextilis  
 Annò Salutis M. D. XIII.

## IV.

MUTIANO RUFO,

Egregio Decretorum Doctore,

*VIRO eloquentissimo, & Amico suo amicissimo,*

S. P. D.

Gothæ.

QUòm antea nihil esset, MUTIANE, Vir  
 ornatissime, quod mihi plus in partem  
 jocundissimæ voluptatis evenisse judica-  
 vi, quàm me abs Te, ut mea fert opinio,  
 vehementer amari, tum hoc tempore se-  
 cundum Fatorum seriem Tua mihi a-  
 micitia non erit etiam utilius quicquam,  
 id maximè, quando par studium totius ve-  
 stræ Sodalitatis literatoriæ in rem meam  
 acces-



accesserit, quod & *Petrijus Aperbacchus*  
 & *Henricus Urbanus* cum Tuis literis pol-  
 licentur, in quibus unus & idem commu-  
 nis, DEO gratia, omnium Vestrum co-  
 natus ostenditur diligendi mei. Unde  
 consolabor, tot Patronis adjutus, quod a-  
 nimò non fractò, quantavis in Senectà,  
 vincam quælibet adversa. Ut est equus  
 generosus, etsi sit senex; tamen in malis  
 animum suum non dejicit, quod Disti-  
 chò ORESTES in *Sophoclis Electra* loquitur.  
 Tu verò, quantam fenestram ad bene spe-  
 randum mihi patefeceris, credere vix  
 queas; cum promissa justissimi Principis  
 nostri (jam enim cœpit mihi Tecum fore  
 communis) tantoperè mihi exoptata re-  
 citaris. Fecerat idem *Spalatinus* meus,  
 qui similiter negotium gessit ad perficien-  
 dam omnem voluntatem meam. Non  
 deerit quoque Dux meus, Tui Ducis ami-  
 cissimus. Quare deinceps non sola veri-  
 tate, quâ sum hætenus defensus, verum  
 unâ etiam à potentissimis hominibus, qui  
 & Veritatem amant & oderunt calumni-  
 as, favore tuebor, si quâcunque audaciâ  
 Imperialem Pacem fregerint adversarii.  
 Omnibus enim partibus Imperator Pa-  
 cem mandavit exprimendo nomina Du-  
 ato-



etorum belli, ut in hac charta videre li-  
 cet, quam Tibi mitto conjunctam.  
 Quanquam nescio, quid portentis quoti-  
 diè minentur, ut sunt supra modum &  
 modestiam nimis temerarii. Sed speran-  
 dum est Vivis, juxta *Theocritum*. Nam  
 Virtus etiam cum naufrago enatat, quod  
 in ULYSSE apud *Phæacas* vidimus. Jacta-  
 bunt se forsitan vel Romæ, vel coram ali-  
 quo incompetenti Judice per abundantiam  
 pecuniarum suarum, saltem ex Matro-  
 nis & Viduis corrasarum, semivacuum  
 Marsupium meum superare posse. Sed  
 quom famam meam intueor, quod opti-  
 mum in humanis est, tum quamvis reve-  
 rà tenuis ego vitæ homo & nunc solâ agri-  
 culturâ victum quæritans, nullis stipen-  
 diis Principum, aut Civitatum donatus  
 sim; tamen acerbissimam egestatem ante-  
 feram, quàm famam negligam. At quod  
 me hortatur Demosthenes Olynthiaco-  
 rum tertiô, qui ait: οἷσι σωφρονῶν, εἰδὲ γεν-  
 ναίων ἐστὶν ἀνδρώπων, ἑλλήπων, ἢ δι' ἐνδεῶν χρη-  
 μαίων τῆ πολέμῃ, εὐχερῶς τὰ τοιαῦτα οἰεῖσθαι φέ-  
 ρειν, id est: *Non utique modestorum, neque*  
*generosorum est hominū, deficientes quippi-*  
*am propter inopiam pecuniarum belli, facile*  
*talia opprobria pati.* Sanè multo maximè



FRIDERICI verba me confortant, optimi Principis, quæ sunt Oraculi penes me locô: Wir wollen In nit lassen hinziehn/ cujus Tu Hierophantes. Sed magnam de me es meritis gratiam, immò ingentem, quam Tibi referre quidem, DEO concedente, possum; ac Principi non possum, certè ob magnitudinem clementissimi animi erga me sui, quem per Epistolam ineffabili suâ bonitate ipsemet mihi met ipsi ostendit, & SPALATINUS ab ore BERNHARDI de *Hirsfeld*, principalis Cubicularii, quoque promisit, Tuq; jampridem divina responsa planè confirmas. Ne igitur interea non agerem, quod foret in Principem gratitudinis indicium, constitui mecum vel aliquantulum muneris ei, etsi minimum repræsentare magis, quam omninò nihil offerre. In tam igitur brevis temporis momento, tantâ licet constrictus molestiâ, & tam importabili pressus curâ; tamen ad Laudem Incltyti Ducis FRIDERICI, Nationisque suæ Vitam CONSTANTINI MAGNI, Majorum suorum propinqui, è Græco in Latinum transtuli cum Præfatione honoris. Eum Libellum chalcographus adhuc usque hodiè typô imprimit ad Nundinas  
 proxi-



Et proximas *Francophordienses* venum du-  
 ce eturus. Unde non dubium est, ad Te quin  
 Q eat. Ego curabo diligenter, ut Illustrissi-  
 di mo Duci ab emporio mittatur. Quod  
 m autem Cæsareanos ais malè de me sentire,  
 di profectò non omnes ita sentiunt, sed for-  
 V tè, quorum ab ore sunt ubera subtracta  
 in consiliò meò, etiam me ignorante. At  
 bi ehodum! qui in domibus Regum sunt,  
 q mollibus vestiuntur. Non erit mihi gra-  
 ai ve illorum susurrum. Tu rectè atque  
 n verè meam innocentiam defendisti de au-  
 M ro Judaico, quod nunquam cupivi. Nul-  
 q lo enim vitæ meæ tempore vel aurum, vel  
 n argentum, aut æris alicujus monetam à  
 r: Judæo, vel Judæa, vel eorum loco ac no-  
 c mine unquam accepi neque per me, ne-  
 d que per alium quenquam, neque accipe-  
 si re speravi. Quod in oculo speculari de-  
 fe mendacio *Pepericorvi* XXII. palam atte-  
 n status sum, idque nullis hætenus scriptio-  
 r nibus Adversarii negare ausi fuerunt.  
 ve Quid in aures autem quorumlibet men-  
 u tiantur, sciri nequeo. De Nummi Du-  
 g calis munere, cui inscribitur *Electo* Im-  
 g *periiqve locum tenens generalis*, ago Tibi  
 a non leves gratias. Vidi, vidi ab ipsis Ly-  
 z dis, qui, autore *Herodotò*, primi hominum argen-

argen-



argenteum nomisma percusserunt, usq;  
 ad hanc ætatem nihil absolutius. Hoc  
 illud est, MUTIANE, quod ante annos quàm  
 plurimos meus mihi animus per *Filiam*  
*Vocis* prælagivit, denuò fore aliquem FRIDERICUM,  
 qui rursus mundani freni re-  
 ctor fieret, quod SPALATINO quondam  
 scripti. Nunc per Spiritum Prophetia  
 nos deficit. Cujus haud absimile scripsit  
 Jo. PICUS, *Comes Mirandulanus*, omnium  
 ævi nostri (quod bilem pluribus Sophistis  
 & stomachum movet) doctissimus & lit-  
 teratissimus, in *Conclusione Cabalistarum*  
 antepenultima sic: *Sapientes ISRAEL*  
*post cessationem Prophetie per SPIRI-*  
*TUM, prophetarunt per FILIAM VOCIS.*  
 Ego itaque reperi ante annos quatuor-  
 decim à veteribus Cabalists super verba  
 Salomonis capite XXX. *umelech alkum*  
*immo*: quod nostra translatio ineptè le-  
 git ita: *Nec est Rex, qui resistat ei*, certè  
 antiquissimo caractere notatum in hanc  
 sententiam: *Regnabitque A. L. C. V. M.*  
 propè eum, quod tunc Hebræorum qui-  
 dam interpretati sunt: *Regnabit Al-*  
*bertus. Ludovicus. Conradus. Vredericus.*  
*Messias prope eum*, putantes, suum Mes-  
 siam venturum post FRIDERICUM



TERTIUM, propter litteram M. Non enim cogitabant, ipsum fuisse habiturum, hæredem, qui Maxæmilianus diceretur. Sed eventus dissipavit consilia eorum. Ego igitur interpretabor post VREDERICUM TERTIUM regnare MAXÆMILIANUM & prope rursus alium VREDERICUM. Nam littera Vav intelligitur in hoc Oraculo Digamma Æolicum; præsertim cum Noteriacon agitur, quod artis *Cabalisticæ* genus secundum esse perhibetur. Sed hæc, si DEUS tranquillitatem studio nostro concesserit, posterius per Libros tractabimus. Accelerandum jam mihi est ad Sodales nostros, *Urbanum & Aperbacchum* ut eorum cuilibet vel unum versum Epistolæ dare, queam in tantâ festinatione & aliorum negotiorum circumstantia, ne se neglectos putent. Nam hæc ad lucernam scripsi *uà Δία*. Vale feliciter, *amicissime MUTIANE*, & pacem mihi procura cum omnium *Studioforum* fœnore. Ex Stutgardia XI. Kal. Septembr. Anno M. D. XIII.

JO. REUCHLIN, Phorcensis,  
L. L. Doctor.

V.



V.

DN. FRIDERICO, PROTOPATARIO

Sacr. Rom. Imp.

BILIBALDUS PIRCAMERUS.

--- -- -- -- Jos. ANNIVS in lucem e-  
didit plurima, cognitu dignissima; attamen in multis aberravit. Nam ut de aliis taceam ineptiis, fragmenta, seu potius figmenta quædam Catoni attribuit, quæ & ineptus & mediocriter eruditus plane barbara esse deprehendet. Proinde etsi multa admiranda, non tamen credenda protulit. Nec mirum, cum recondita illa & vetusta non proprio ingenio, sed per Dæmonum ac Imaginum ce-  
rearum responsa (ut ipsemet aliquando ingenuè fassus est) eruerit. Qualis verò fides præstigiis illis & nugis sit adhibenda, unusquisque veræ Religionis ac Christianæ Pietatis assertor facile intelligere potest. - - - Dat. M. D. XIV.

VI.

Clarissimo VIRO,

DN. GEORGIO SPALATINŌ,

Artium Magistro doctissimo & politiorum Litterarum undequaque eruditissimo,

Fautori & Promotori suo amantiſſimo,

S. P. D. Obsequiaq; spondet.

SCio, Dignationem Tuam, Eruditiſſimè

B

SPA-



SPALATINE, consilium illud huic Quæ-  
 stioni: *An Judæorum Libri etiam sint rogo*  
*applicandi?* deditum, ut longo ante tem-  
 pore perlegerem, responsaque mea,  
 quantulacunque & quàm modicilla sint,  
 darem, vehementer desiderasse; Sed pro-  
 pter negotia lectionum & aliarum re-  
 rum impedimenta, quæ me invitum ple-  
 rumque detinent atque morantur, Tuo  
 & meo desiderio satisfacere nequivisse.  
 Tanta equidem subtilissimi *Scoti* materiæ  
 difficultas & ubertas his (quibus Tibi Di-  
 gnationique Tuæ obsequi me decuit, o-  
 portuit) diebus fuit, ut penes lychnum  
 legere majorem libelli partem & lectio-  
 num occupatio & amor erga Dignatio-  
 nem Tuam debitus & quàm maximus  
 me coëgerint. Et credam, si Tua Digna-  
 tio in re ipsam hanc veritatem intuere-  
 tur, ab hac excusatione me protinùs ab-  
 solveret. Quòd Tua Eruditio, *dulcissime*  
*Magister*, petierit, ut unà tam Librum,  
 præclarissimi Germaniæ Phœbi, & totius  
 Reipublicæ litterariæ adjutoris, Dn. JO-  
 ANNIS REUCHLINS, Viri egregii & exi-  
 mii, & nostri Amici maximi, Sveviæ Tri-  
 um Viri & LL. Doctoris, quàm meam  
 vilissimam, sententiam remitterem, u-  
 trum



Quæ-  
 at rogo  
 e tem-  
 mea,  
 a sint,  
 d pro-  
 m re-  
 n ple-  
 . Tuo  
 ivisse.  
 aterix  
 bi Di-  
 uit, o-  
 anum  
 ectio-  
 natio-  
 kimus  
 igna-  
 uere-  
 s ab-  
 issime  
 rum,  
 otius  
 n. Jo-  
 x exi-  
 e Tri-  
 eam  
 n, u-  
 trum

trumque mihi facile est explere, cum Li-  
 ber ille majoris virtutis, quam quanti-  
 tatis, præsto sit; & in eo nihil non ma-  
 gnum, non exuditum, si modo Lector  
 tam verborum, quam sententiarum *εὐεγ-  
 γειαν* justò libraverit examine, reperien-  
 dam, quod, quantum intelligo, sacris ob-  
 sit oraculis, & quod Sanctorum Decretis  
 à Sacro-Sanctâ Romanâ Ecclesiâ appro-  
 batis adversetur. Et certè, meò judiciò,  
 homini bonò doctoquæ, nec consilii de-  
 claratione oculissimâ, nec argumentò-  
 rum diffusione opus fuerit; quanquam  
 & in his, quod eruditâ Minervâ & bonò  
 Virò indignum sit, repererim nihil. Esto,  
 illum communia aliqua futuris per Ec-  
 clesiæ determinationem temporibus re-  
 jicienda conscripisse; attamen catholica  
 sua Protestatio salvabit eum, & omnis  
 criminis reddet immunem. Quod &  
 S. CYPRIANO nolenti Baptisimum apud  
 Hæreticum datum cognoscere saluti  
 fuit; omnibus Theologis suffragio est:  
 Hæc est mea rudis sententiâ. Cæterum  
 de eruditissimo hoc Virò nunquam fini-  
 stre judicavi, nec quicquam mali uspiam  
 suspicatus sum ac concepì, nec ei timeo,  
 nec dictis suis addere quid valeo. Dives

B 2

enim



enim ac plenus eruditionis est. Et licet  
licitum est Doctori in materia opinabili  
alii Doctori, uti nostrates ajunt, contra-  
dicere; tamen ille Juribus ita vallatus &  
tam mirâ eruditione munitus est, ut ne-  
mo ei contradicere fermè audeat. Id-  
circò condoleo omninò rei litterariæ,  
quòd homo hic invidiâ pressus operas  
suas oportunas & ad litium rixas valdè  
necessarias in studiosam Pubem commo-  
dùm collocare nequeat, sed esurienti po-  
tius stomacho cibum eminùs porrigere  
ei sit necessum. Hæc, *Doctissime SPALATI-*  
*NE*, Patrone colendissime, uti priora suc-  
cessivis temporibus scripta, Tuo Marti  
ærumnis & miseris Studiosorum com-  
patiens subjicio, & peto, ut hoc tardius-  
culum nimis responsum non desidiæ  
meæ, sed negotiis, quibus ita hætenus  
districtus vixi, ut nec Tibi, nec mihi satis-  
facere nequiverim, velis imputare. De-  
us fortè faciet, ut possit prodesse Studio-  
sis, qui rem Studiosorum non parùm ad-  
auxit. His optimè valeat Tua Dignatio,  
cui me & mea omnia commendo. Da-  
tum in ædibus nostris d. Febr. XIII. Annò  
M. D. XIII.

*Tuus totus*

ANDREAS CAROLOSTATINUS.  
VII.



VII.

GEORGIO SPALATINO,

*Viro eruditissimo ac integerrimo,**Amico carissimo,*

SAXONIAM in Atrium FRIDERICI,

*Ducis Illustrissimi.*

**A** Ccepi, mi GEORGI, literas Tuas V. Id. Maji M.D. XLV. quas Tu XII. Cal. April. ad me dedisti quib<sup>9</sup> partim lætatus sum, partim dolui. *Illud*, quod FRIDERICUS, Sacri R. Imp. Elector & Dux Saxonix illustrissimus, tanto me amore prosequatur, ut & literis ad me suis, ut scribis, significaverit; *hoc*, quia videris accusare me negligentiam, qui nec Tuis, nec tanti Principis literis unquam responderim. Equidem nullas à Vobis accepisse literas memini. Tum etsi sum semper occupatissimus; tamen, cum opus est, relictis rebus omnibus, Amicis, præsertimque doctissimis, summisve Principibus, Laconicè saltem, cum non liceat cumulatè, respondeo. Quare, aut literæ ipsæ mihi non sunt redditæ, aut, si redditæ fuerunt, rescripsimus. Utcunque sit, rogo Te, *mi GEORGI*, tuearis causam meam apud Principem, ut *TE* decet, meque illi non desinas commendare. Tam

B 3

cu-



cupio illi gratificari, quàm cui maximè.  
 Nomina Librorum, ad hunc usque diem  
 excusorum curâ nostrâ, mittimus ad Vos  
 unâ cum his literis, facturi longè maio-  
 ra & Principis optimi, & tuâ, & RUFII NO-  
 stri causâ, si iusseritis. Hæc scripsi statim,  
 acceptis tuis literis, ne, si differrem, obli-  
 viscerer propter labores assiduos, ac mo-  
 lestias & Provinciæ nostræ, & Rei fami-  
 liaris, & horum perditorum temporum.  
 Vix credas, *GEORGI suavissime*, quantis  
 in malis versemur miseri, & nisi spe ale-  
 remur futuræ pacis, quoniam *ἐλπίδες ἐν*  
*ζωοισιν*, succumberemus malis, quæ alia  
 ex aliis exoriuntur. Sed hæc obiter. Con-  
 fert enim se lingua, quod dicitur, ubi  
 dens dolet. Valet, meque velim ame-  
 tis omnes, ut, puto, facitis. *Venetis V.*  
*Iduum Maji. M. D. XLIII.*

ALDUS *Romanus,*  
 quanti est, Tuus.

*Post scripta.* Repetitâ memoriâ diligentius, in-  
 veni, nihil unquam à Vobis accepisse me litera-  
 rum, ex quo respondi ab hinc octo annos MU-  
 TIANI RUFII, HENRICI URBANI & Tuis si-  
 mul literis, quo tempore & ad PRINCIPEM scri-  
 psi. Misi etiam *Librorum* indicem, qui excusi  
 tunc fuerant meâ curâ. Id volui significare, ne  
 me



me accusetis, sed eum, cui dedistis ad me literas. Non enim illæ mihi sunt redditæ. Iterum vale.

Fucarii vestri non videntur diligentes reddendis literis, qui etiam, cum istas ad eos misi, ut jusfisti in literis, recusarunt, daturos se eas tabellario, nisi darem pecunias. Quamobrem curavi ego aliâ viâ has literas ad Vos perferendas. Ex Venetiis V, Iduum Maji M. D. XIII.

ALDUS ut in Literis.

VIII.

*Illustrissimo & Serenissimo Principi,*

DN. DN. FRIDERICO,

Sacri Romani Imperii Electori, Saxonix

Duci, Turingix Langravio & Marchioni

Misnix,

*Domino suo Gratosissimo,*

*tradantur Litteræ.*

*DEUS Te servet, Illustrissime PRINCEPS,*

**E**Ditum nuper à me Libellum, CLARISSIME & AUGUSTISSIME PRINCEPS, tempore sanè parvò, atque adeò parùm accuratè, cum major opinione & Doctorum, & Magnatum favor excepisset, facturum me operæ pretium existimabam, si ad TUAM CELSITUDINEM unicum exemplar transmitterem, non quòd indignum esse tantò Principe tam pusillum munusculum ignorarem; sed quia (ut est Studiosorum omnium & Ingeniorum

B 4

fau-



fautrix) impendiò hujuscemodi rebus delectari BENIGNITATEM TUAM ab his acceperam, quorum fides & est, & esse debet Tibi perspectissima. Inter quos fuit TRANQUILLUS ille Tuus MUTIANUS, qui post multa alia Tuarum Virtutum egregia præconia in hoc Te supremam gloriam assecutum dicebat, quòd insigni quadam cum in Subditos clementia, tum in CHRISTUM DEUM pietate pulcherriam Ecclesiam non modò structuræ varietate & elegantia, (ut omittam pretiosissima auri argentiq̄ue Monumenta, quibus eandem donare indies non cessas,) verum etiam Doctorum numerò maxime illustrare coneris. Atque his ne desit, quò animum post divina officia exerceant, Bibliothecam erexisse Te narrabat Tuus MUTIANUS, omni delectatissimorum quorumq̄; Librorum genere referatam. Cujus fama cum me in has Regiones impulerit, ita & ad Te (cujus vultus argentò ductos non sine magnâ veneratione sæpè contemplatus sum) & ad Academiam visendam Tuam ita attendit, ut nunquam mihi satisfactum putem, donec *optimum Principem, FRIDERICUM,* meò obsequiò fuero demeritus propiti-  
um.



um. Quod si CELSITUDO TUA hunc Li-  
brum nostrum gratô animô exceperit,  
atque adeo dignum iudicet, qui vel in  
Tuis manibus versetur, vel in Bibliothe-  
ca collocetur Tua, sublimi feriam syde-  
ra vertice. Vale & vive semper felicis-  
simè, SERENISSIME & ILLUSTRIS-  
SIME PRINCEPS.

*Tuus Tibi deditissimus*  
RICARDUS CROCUS.  
A<sup>o</sup>. M. D. XVI.

IX.

*Eruditissimo VIRO,*  
DN. GEORGIO SPALATINO,  
*Illustrissimi Principis, FRIDERICI, Sacri Romani*  
*Imp. Delectoris, à Secretis,*  
*Domino & Præceptori observandissimo,*  
S. D.

Commendo Tibi, Humanissime VIR,  
MOSELLANUM, Præceptorem meum  
jucundissimum, sed non sine animi mei  
molestia commendo, quippe cujus præ-  
sentiâ non patienter careo. Nihil tamen  
mea commendatione opus, qui diu jam  
Tibi cognitus fiet. Tu, si quid in ami-  
citiâ potest crationis illecebra, fac ali-  
quando, ut illa nostra admonitiuncula  
non videatur fuisse gregaria. Ita enim

B 5

JUS.



jussus sum à DIONYSIO, præsentium por-  
tatore, homine cum studioso, tum ad-  
modum mihi amico & domestico, cujus  
Tu sinceros & integerrimos mores di-  
sces, qui non parum fiducia & spei in  
Te collocavit. Commendabunt Tibi  
hominem & CAPNION & MUTIANUS, no-  
stri seculi facile CATONES. Quid plura?  
Si diligis *Apellum*, quod plus certò scio,  
diliges & MOSELLANUM & DIONYSIUM.  
Mitto Humanitati Tuæ Epigrammata  
duo ENGELARDI mei, sed non ea, quæ  
religioni & ætati suæ deceant, sed quæ a-  
dolescens adhuc quondam *Romæ* luserit,  
eâ lege, ut remittantur. Mittam aliquan-  
do, quibus Pietatem hominis cognosces.  
Legulei ad aliud me modò vocant. Va-  
le feliciter & *Apellum* Tuum ama. *Lipsiæ*,  
19. April. Anno M. D. XVI.

Tuus APELLUS.

X.

*Praclarissimo*

DN. GEORGIO SPALATINO,  
Illustrissimi Principis, Electoris, Ducis Saxonix,  
Historiographo,

*Domino suo honorando,*

*Salutem!*

Accidit, ut, dum apud nos NURMBERGÆ  
jam



jam erat nobilis & strenuus miles, communis Dominus noster, amicissimus Dn. DEGENHALDUS PFEFFINGER, plurimis rebus essem occupatus; non cessavit tamen me sollicitare, ut litteras ad D. V. scriberem, etsi non aliud, saltem salutationem mitterem. Ego potius ineptus videri, quam sibi non parere volui. Igitur has impræmeditatas ad D. V. dedi. De multis mihi scribendum esset, quæ in tempus aliud differre est necesse. Nostros labores ipse vidit, ideoque melius referet Tibi, quam ego possum perscribere. Commendate Devotionem meam humillimam Illustrissimo Principi Electori, Duci SAXONIÆ, Domino meo observandissimo, & vivite felicissime, & date operam, ut etiam aliquando Historias & Genealogias Illustrissimæ Domûs Saxonix videamus. Valete. Ex Nurnbergâ 22. d. Febr. Annô 1517.

*Semper ad vota*

JOANN. STABIUS.

XI.

*Praclaro ac prudenti VIRO,*

DN. GEORGIO SPALATINO,

Canonico Aldenpurgensi, ac Illustrissimi Ducis

FRIDERICI Saxonix Familiari,

*Amico ac Fautori suo dilecto,*

Sa.



**S**alutem plurimam in CHRISTO! Mi  
*Prudentissime* GEORGI! Dulcibus me  
 certè recreâsti apicibus, nutu *Illustrissimi*  
*Principis* nostri d. XXIV. Februarii 1510,  
 ex Arce *Grimmensi* emissis. Refertæ sunt  
 equidem Litteræ Tuæ optimis, quæ sic  
 quoque svaves miscent, non caducos na-  
 ribus, sed animo gratissimos odores. Le-  
 gi in ipsis salutantium Amicorum pro-  
 sperum statum, Tuum, Dominiq̃ue PFEF-  
 FINGERS, & Domini BERNHARDI, cujus  
 deindè strenui militis, charissimi HIRS-  
 FELDII, post multa viarum discrimina, o-  
 diosasq̃ue peregrinantium curas, tam  
 maris, quàm terræ superatis infortuniis,  
 salvum dicunt dilectæ patriæ terræ in-  
 troitum. Demum insuper consumatis-  
 simum hoc in summis quidem Viris ver-  
 sus infimos valdè rarum, quòd ILLU-  
 STRISSIMUS PRINCEPS me tam gratiosis-  
 simè salutatur, atque pro gratiâ Magnifi-  
 centiæ suæ quasi amplexari referunt ju-  
 cundus amor ac salutatio tua, nec-non  
 Domini PFEFFINGERS; virtuosæ tamen  
 militiæ & floridæ in tranquillô jam por-  
 tu non minùs grata reducta navis. Sed  
 plus omnib⁹ meritò tanti oblectat PRIN-  
 CIPIS gratia, cui me DEUS semper velit  
 ad



ad vota servire. Justa autem posset tibi  
 criminatio videri, tam abundantes gau-  
 diis litteras apud immeritum sic diu qua-  
 si responsione indignas & non aspecta-  
 tas emarcuisse. Enimverò non fuit tor-  
 por voluntatis nequam, sed quoniam  
 cum libro unà nonnullas transmitters  
 disposueram reliquias, quod neque us-  
 que nunc etiam ad plenum excoxi ne-  
 gotium; credo tamen, ut statui, citra  
 mensem denuò scripturam, missurum-  
 que omnino reliquias. Nunc autem o-  
 pera *S. Jo. Chrysostomi* accipe, pro quibus  
**DN. CHRISTOPHORUS FOCKER** decem Du-  
 catos in aurò dedit; sub fide autem ac  
 promissione, nisi hos Libros mihi mer-  
 cator in tali dimisset pretiò ante plu-  
 res menses, quibus etiam ipsos eosdem  
 in cellâ pro majori securitate retinui, in-  
 terim sæpè, ut dicit, multò majori ven-  
 didisset pretiò, quod faciliter credo. Præ-  
 ter hos enim tantum unicum aliud in  
 tali charta simile fuit exaratum volumen  
 & in Angliâ portatum, multòque pre-  
 tiò in illa æstimatum Patria. Recom-  
 menda me **SERENISSIMO DOMINO** nostro.  
 Saluta *Dn. meum PFEFFINGERUM* ac  
*Dn. de HIRSFELD*, & vale in **CHRISTO**  
 JE.



JESU, cui de ILLUSTRISSIMO PRINCIPĒ  
nostrō sit cura & de omnibus nobis. Da-  
tum Venetiis d. X. Julii Annō M. D. XII X.

*Tuus Frater*

BURKARDUS S.

XII.

*Prestantissimo ac Eruditissimo VIRO,*  
DN. GEORGIO SPALATINO,  
ILL. Principis FRIDERICI, Saxoniae Ducis &  
Rom. Imperii Electoris, Secretario,

*Amico suspiciendo,*

S. P. D.

**N**Æ Tu autem Vir optimus es, mi  
SPALATINE. Ordior enim à verbis  
tuis, qui tam benignè tuorum facta pen-  
sitas, ut laude etiam Tibi dignus videar,  
quia officiō meō in Litterarum vicissitu-  
dine functus sum, quasi verò *ἡ ἀντιπελαγε-  
γύλον*; ut Tu loqueris, eo in genere con-  
tinetat. Tu verò, mi SPALATINE, cū  
amicissimè scribas, agis tamen multò,  
quàm eloqueris, amicius, ut cū pluri-  
ma eleganter commemorares; de Te ta-  
men aliundè etiam, quò sis in me animò,  
intelligam, ut planè illà magnifica tua  
gratiarum actione non opus fuisset, cū  
gratiam mihi re ipsâ uberrimè retuleris,  
& referre possis, sed longè, quàm fuerit  
me-



meritum hæcenus à me, cumulatiùs. Si  
 quæ nunc optimo illi Principi tuo, imò  
 & meo, denuò transmitto, pro tua in me  
 benevolentia eidem quàm commenda-  
 tissima reddideris. Videbis, quæ sint, &  
 quæ est ingenii tui felicitas, quæ verusta-  
 rum ac reconditarum rerum scientia,  
 meliùs me interpretaberis; præsertim  
 cùm omnia mihi videantur Græcæ An-  
 tiquitatis aliquid redolere, cujus tu Lit-  
 teraturæ doctissimus es. Equidem ea  
 Illustrissimo Principi nostro ipse obtulis-  
 sem, idque eò libentiùs, quò & Illustriss.  
 Dominationem suam, & Te & Affinem  
 meum visere ac salutare sum cupidior.  
 Cæterùm Illust. ac Reverendi Principis  
 ERNESTI, Administratoris nostri, cujus  
 sum Locumtenens, publica & privata  
 quoque negotia mea desideratam mihi  
 tantoperè profectionem præcludunt,  
 meque hoc optatissimò officiò fungi, imò  
 frui non sinunt. At Tu, humanissime  
 mi *SPALATINE*, curabis, ut apud Cle-  
 mentissimum Principem non tam com-  
 mendes devotionem meam, quàm ex-  
 cuses temeritatem. Cuperem sanè Illu-  
 strissimæ Dominationi suæ majora offer-  
 re; verùm nec meæ modò facultatis est, ut  
 aliud,



aliud, quod tantô sit Principe dignius, mitterem, nec Suae Celsitudinis fastigium patitur, ut Fortunæ potius, quam Animi reddantur monumenta. Effice ergo, quod in te erit, ut Illustriss. Princeps, quicquid id est munusculorum, boni æquique consulat, meamque in sua Celsitudine compellanda audaciam susque deque ferat, me denique ac Fratrem meum germanum comendatissimos ac planè suos habeat. Habes & Tui, mi *SPALATINE*, quatuor Numismata, quorum vetustiora duo alterum ANTONINI AUGUSTI, optimi Principis, alterum SEVERÆ AUGUSTÆ Imagines referunt. Item Italicæ Monetæ Notæque, hujus seculi duo, quæ ob nominis Tui potius memoriã, quam pretium eorum, tibi transmitto, modestiæ tuæ confisus, qui Amici magis animũ, quam munera, te, spero, æstimaturum; cum hinc CONCORDIÆ dulcissimum, inde GEORGIi comũne vocabulum tibi inter spectandum occurrerit. Utcunque cupio Te, mi *SPALATINE* charissime, hisce non donare, sed mei tantũ, in itæque nuper amicitiae admonere, quam firmam stabilemque perpetuò esse cupio, satisfacti-

etu-



Eturus tandem partibus meis cumulatius, ubi (quod jam apparo) quieti studiisque meis, præcipue sacrarum Litterarum, tranquilliori, magisque solitaria & otiosa vitâ constituero. Tu interim cura, ut valeas, meoq; nomine communes Amicos, Doctorem MARISCALCUM, BIBERBACHUM, RIXNERUM & PEUTINGERUM salutes, eosq; nobis, quâ poteris ratione, concilies. Iterum vale. Ex Pataviâ 7. Sept. A. O. Gratia 1518.

*Tuus*

BOLFGANGUS de TANBERG, & c.  
XIII.

*Suo amicissimo*

Magistro GEORGIO SPALATINO,  
Divi FRIDERICI, Principis Saxoniae,  
Concionatori, & c.

*ad manus proprias.*

S. P. D.

**A**Dcepi, suavissime SPALATINE, literas Tuas humanissimas, quibus cupis reddi certior, an reditus, quos vendere cupio, sint Sacerdotii; an verò Patrimonii. Si Sacerdotio dicati essent, quò pacto possem eos in meum vertere usum. Nihil ergo dubitandum est de hac re. Est peculium hoc meum, destinandum pro meo arbitrio in quoscunq; usus. Nihil sacri habet, sed profanum est

C

est



est totum. Vendere cupio eos censûs  
 Capitulo Ecclesiæ omnium Sanctorum,  
 quod tamdiu expectaverit literas consen-  
 sûs, nec diutiùs sine suo, quàm meo ma-  
 lo expectare potest. Rogo itaque, velis  
 demùm curare, ut sub nomine meo hæ  
 literæ conficiantur. In qua re admo-  
 dùm mihi gratificabere, ne quæ ego, quæ  
 Ecclesia spe nostra defraudemur. Quan-  
 tum ad nostrum *Eleuterium* attinet, ne-  
 scio, quod possim polliceri. Scripsi Tibi  
 antenac, nostrates, excepto unô, vel al-  
 terô, improbanda probare, ut MARTI-  
 NIANI videantur; quanquam cum MAR-  
 TINO minimè consentiant, quantum vi-  
 delicet attinet ad Potestatem summi Pon-  
 tificis, quæ nec convelli, nec minui pot-  
 est nostris latratibus. Facile vulgus pro-  
 fanum audit malè sentientes de Viris Ec-  
 clesiasticis, potissimum hæc nostrâ tem-  
 pestate, qua peccatis nostris id demeren-  
 tibus, Clerus fabula habetur in humana  
 societate. Nuper his diebus in sacris  
 Cathedræ Divi Petri fertur nescio quas  
 nugas inter declamandum somniasse de  
*Throno PONTIFICIS, Potestateque Clavium,*  
 quæ omnia ab hostibus diligenter con-  
 scribuntur. Tu rectè feceris, si AMBS-

DOR-



DORFIO scripseris, ut MARTINUM admo-  
neat, ne sine causa coram vulgo de PON-  
TIFICE aliisque PRÆLATIS tam petulan-  
ter loquatur. Alitur nescio quid mon-  
stri, sed CHRISTUS faxit, ne apud nos  
nascatur. Aliâ viâ pergendum est. Com-  
mentis equidem nostris non potest re-  
formari Ecclesia, si reformanda venit.  
Hæc Tibi ex pectore scribo, cui res, quam  
honorem Academiae scio curæ esse. Va-  
le. Ipsô die Matthiæ Apostoli Annô  
Domini M. D. XIX.

*Tuis*

OTHO BECKMAN.

XIV.

*Reverendo & Doctissimo*

DN. GEORGIO SPALATINO,

*Illustrissimi & Excell. Principis, FRIDERICI,*

*Saxonix Ducis, Electoris, &c.*

*Secretario dignissimo,*

*Domino meo honorando,*

*Salvus sis, mi GEORGI optime ac bonarum*

*Literarum studiosissime,*

**N**ON alienum à me putavi, si Te ta-  
lem & apud tantum Principem exi-  
miâ Tuâ Virtute & meritis tam gratio-  
sum meis, quanquam incultis, litteris re-  
verenter salutarem. Scis superioribus



mensibus cum *Augustæ* ambo essemus, ac multiplicis Doctrinæ, quam in Te summam esse illicò deprehendi, studiò arderem; non potuisse tamen me propter ingentes Tuas occupationes suavissimâ & jucundissimâ Tuâ consuetudine frui. Quæ res tum mihi mirificè molesta fuit; mox verò quotidiè etiam atque etiam molestior. Itaque ut aliqua in parte lenirem hanc molestiam, statui Reverendo Domino meo *de Miltiz*, ad Illustriss. communem Dominum in patriam proficiscenti, has literulas ad Te omnium humanissimum dare, quibus Te primùm plurima salute impertirer, unum illud deinde insinuarem, me Tuum verè esse ac perpetuò fore. Vale, optime & eruditissime Vir. Ex Confluente *Mose & Rheni* d. VI. Maji M. D. XIX.

Totus tuus

FELIX TROFINUS,  
Bononiensis.

*Illustrissimo & Max. Principi* Tuò peterem, si dignus essem, abs Te humillimè commendari, quem brevi ab omnibus Populis & Nationibus adorandum fore spero & opto, nec mihi, crede, mea me faller opinio. Sed malo evenire, quàm temerè hoc jactare. Iterùm vale & me ama.

XV.



GEORGIO SPALATINO,

Eximio, in Literis bonis VIRO,

*Optimo Amico,*

S.

**T**ertiò quæsi Te frustra, GEORGI optime. Fuit sic abeundum citra novissimi Colloquii fructum, qui fermè solet esse svavissimus. Hanc tamen jacturam literis farciemus. *MARTINUM LUTHERUM, CAROLOSTADIUM &* alium, quem Christianissimum asseverabas Theologum, ex me salutabis, quibus cum Pigmæus inter Athletas pro solidâ Pietate omni, quod ajunt, pede depugnabo adversus pertinaciæ supercilium, hoc est, istis nova frequenter parentibus ejusdem venæ veterum commentaria per me conversa utcunque subjungam, omissis Sophistarum nugis. Gratulor mihi de Principe Illustrissimo, tantùm obiter conspecto, cujus clementiâ Christianâ istorum studia conservantur. Vale. *Moguntia* 15. Junii Anno 1519.

*Melanchthoni scribam**ex itinere.**Tuus*

FABRITIUS CAPITO.

C 3

*Eru-*



*Eruditissimo VIRO,*  
 DN. GEORGIO SPALATINO,  
 à Secretis Illustr. Ducis Saxoniae,  
 RICHARDUS PARCUS  
 S. D.

**Q**ui has Tibi redditurus est, Vir iudiciò meò singularis honestatis, verbis Illustrissimi Principis Tui hìc me humanissime salutavit. Quàm autem grata hæc salutatio mihi fuit, vix ullis verbis possum exprimere. Nam partem doloris mihi lenivit, quem tum concepi, quùm viderem mihi negatum, ut cum Excell. Principe Tuò colloquerer, quod maxime omnium cupiebam, non solum ad tractanda negotia, quæ ardua habebam, sed etiam ut illum viderem Principem, cuius Sapientiam, vivendi Religionem, incomparabilem in Doctos omnes benevolentiam (id quod ego maximi facio) vulgò prædicant omnes. Et hoc meum vehementer auxit desiderium, quod adventum meum nemini Saxonum ingratum fore sperabam, quùm & ipse Saxo sim, quod Te non lateret. Diu est, mi GEORGI, ex quo Te famà & eruditissimis libellis mihi notum singulari  
 am.



amplexus sum benevolentia, quæ nunc  
vehementissimè est aucta, postquam in-  
tellexi à Dn. VITTO, qui has perfert,  
quàm unice abs te amor, quantique æ-  
stimor. Quâ de re plura alias, quàm  
otium dabit. Quæ mando jam Illustris-  
simo Principi Tuo referenda, Tecum  
communicabit Dn. VITUS, quem si pla-  
cebit Principi Tuo ad me remittere cum  
literis, quas credentiales vocant, audiet  
majora, quæ ei fortasse nequaquam dis-  
plicebunt. Quod si Tu procurare non  
gravaberis, rem gratissimam mihi fece-  
ris. Si Princeps alium mittendum in-  
dicabit, hoc ipsius Prudentiæ commit-  
to. Mihi tamen is esset gratissimus, quod  
& probus & honestus vir mihi videtur.  
Vale. Ex Moguntia d. XXII. Junii Annô  
M.D. XIX.

XVII.

Dem Durchlauchdichstann Hochgebornen  
Fürsten und Herrn/  
Herrn Fredrichen/ Herzog zue Sachs-  
sen/ des Heyligen Römischen Reichs  
Erz-Marschalck/ Curffürst Vicario,  
Meinem allergnedigsten Herrn.  
Durchlauchtigster Hochgeborner Fürst/  
Genedigster Her/



**M** Eine vnderthenige gehorssame Dinst sampt  
 meinem Gebeth für Ewer Curff. vnd ff.  
 Genaden In aller Vnderthenikeyt zu foran be-  
 reyt / Genedigster Curff. vnd Her / Ich byn / als  
 heut des heyligen Kreus tagts / ten Robelents  
 zum Herrn Legaten komen / und seyn Rev. ma  
 Dominatio hat mich ganz freutlich Entphan-  
 gen / vnd sunderlich gefraget / wy Es (mit) Ewer  
 Curff. vnd ff. Genaden zuestunde / vnd Ewer  
 Curff. und ff. Genaden In aller Warheit In  
 aller besthenn vnd vffs freuntlichste gedacht /  
 och mit mir vonn Doctor Martinus Luthers  
 sachen geredt / under sibel Wort vnd forsch-  
 lich / die schwischen dem Herrn Legaten vnd mir  
 geschagen / die weyle sich die Zeit forliffe / vnd  
 die brevia, oder commission, von Bebestli-  
 cher Heylikeyt sich so lang forzogen. Her Mar-  
 tinus Sachen belangende / wy wobel ich ant-  
 wort hab gehabt von den Cardinal von rungoni-  
 bus, des seyner Heylikeyt iii. meynen Briff dis-  
 se ganz Her Martinus sache berurende durch  
 seyn Rev. ma Dominatio sint vberantwort  
 worden / och Bebestliche Heylikeyt sulche meyne  
 briffe von sthundert ii. Cardinal zuegeschickt /  
 als nemlich Cardinali sanctorum quatuor  
 vnd sancti Eusebii, die sulch brevia, wy Ich  
 den seyner Heylikeyt hab angezeyget / von  
 sthundert fertigen sulten / so hat (weder) der Car-  
 dinal



dinal Legate/nach Ich/bis vff disse stund feyn  
antwort gehat; Wir seyn aber sulcher brevia  
vnd commission sampt ander Information  
alle stundt warten/2c. so was (i. e. war) das  
des Hern Legaten Meynung/das Doctor Mar-  
tinus ikund zue meynem genedigsten Hern von  
Trir queme / das seyn Genad nebem Im rich-  
ter were. Vnd hat sich och der Legat das Er  
bothen/vnd mir befohlen / das Ewr Curff. (Se-  
naden zueschreibenn/das seyn Rev.ma Domi-  
natio nicht weyter wider Doctor Martino  
handeln/noch trachten wil. Dan was der Bi-  
schoff von Trir thut/das wil der Legat nicht wis-  
derruffen. So forsche ich nuch och / Genedig-  
ster Curff. vnd Her / das dem Legat die Sache  
nicht also herzlich ist/hinforder so sibel / als ich  
hab müglich In so kurzer Zeit forsehen (können) /  
als sie wohel for Zeyten gewest ist / do man  
nicht anders zue thun hatte. So hat mir der Le-  
gat auch befohlen / Doctor Martino zueschrei-  
ben / das Er sich nicht bekommern darff / wy  
wohel Er Egllicher massen wider seyn Rev.ma  
Dominatio geschreibenn/ Er wils Ikund von  
stundt als (i.e. alles) fergeben und fergeffen ha-  
ben/vnd er alles abebithen/ oder Genad suchen  
(soll). Vnd das alles also zue halten / hat seyn  
Genad das vff seyn Herz/ als Eym Hern thio-  
met/geschriben/och genedigster Curff. vnd Her/



Die weyl Doctor Martinus allezeit/do ich Im  
 Land bey Im was / (i. e. war) begert / das  
 meyn gnedigster Her von Trir sulc seyn rich-  
 ter seyn / so ist das gleich so siebel. So sein  
 Genad wer zue Kobelenz gewesen; her ich mich  
 zue seynen Genaden gestiget / sulchs mit seynen  
 Genaden selbst geredt / Edan (i. e. ehe dann)  
 Ich Ewr Curff. vnd ff. G. davon Etwas ge-  
 schriben het. Von stundt / als ich hoff / In  
 iiii. Tagen / das sein Genad den Kobelenz kom-  
 met / wil ich mit fernere Curff. Genaden davon  
 reden. Ewr Curff. vnd ff. G. magt mir och  
 schriben / was ich meinem Gn. Hern von Trir  
 sol sagen In dieser Sachen. Ich wil och  
 Ewrn Curff. Guden. haben zuegesagt In aller  
 Vnderthenigkeit / Doctor Martino sol keyn  
 Leyt geschen. Es were meyn rat / die weyl  
 der Legat zuefreden ist In stundt / das die Sache  
 also auffgetragen word / och angesehen. / das  
 Doctor Martinus Leibs und Gutes sicher  
 bey meinem Hern von Trir ist. Der Legat  
 hat mir och gesaget / wy Er Ewr Curff. vnd  
 ff. Genaden geantwort hat / das alles gnedig-  
 ster Curff. vnd Her hab ich aues vndertheniger  
 Wolmeinung Ewrn Curff. vnd ff. Genaden  
 nicht wollen ferhalten / sunder das Ewrn  
 Curff. vnd ff. Gn. vffs Eylensche zue Erkennen  
 geben. So aber das alles Ewren Curff. vnd ff.  
 Gea



Genaden nicht gefile/ müst Ewr Curff. vnd ff.  
 Genad warten / Bis antwort von Rome qve-  
 me. Ich forsche nach der antwort alle stundt.  
 Von stund/ als ich die Erlangt/ wil ich das Ewr.  
 Curff. vnd ff. S. Estens Eyn Copia davon zue-  
 schicken. Ich hab Ewrn Curff. vnd ff. Ge-  
 naden fibel briff von Blm aus zuegeschickt/  
 forhoff sie sint Ewrn Curff. vnd ff. Genaden  
 zuekommen. Wen ich Ewr Curff. vnd ff. Ge-  
 naden Antwort werde haben/ so wil ich Ewrn  
 Curff. S. zueErkennen geben/ wen ich zue  
 Ewr Curff. und ff. Genaden kommen kan. Do-  
 mit besel ich mich vffs demütigste Ewrn Curff.  
 vnd ff. Genaden/ als meynem Allergenedigsten  
 Hern. Datum Eylent zue Kobelenz in die  
 Ste Crucis 1519.

E. Curff. vnd ff. Gn.

Demütiger und vnterteniger  
 Capellan

CAROLUS von Miltiz/  
 Nuntius Apostolicus &  
 Canonicus, &c.

PS&t. Aller genedigster Her/ Es ist meyn rat/ das  
 Ewr Curff. vnd ff. Genad schreb dem bischoff von  
 trir / das seyn Er wird allenn richter/ sen Dni.  
 Martini, angesehen/ das der Cardinal alle Sachen  
 seyner Er wird stadt gibet / und was seyn Genad  
 Enden und beschlieschen/ sol gehalten seyn. Dan

so



so Dominus Martinus quem Cardinal queme/ der  
Cardinal ist Colevicus, vnd worde sich felleicht mit  
Worten vergessen / &c. so Ewr Curff. vnd ff.  
Genad das als (i. e. alles) thut / forhoff ich nuch  
sunder zweyffel / die Sache freuntlich for(zue)s-  
tragen. Scr. Eylent &c. ut supra.

Alttergenedigster Her / do ich disse Brieffe zuschloss /  
Ist mir von getreuen angehenget worden / &c.  
wy oben geschriben.

## XVIII.

*Insigni Theologo,*

DN. GEORGIO SPALATINO,

*Clarissimi Ducis FRIDERICI Saxonix à sacris,*

*Domino suo semper observando,*

LUDOVICUS CARINUS

S. D.

**R** Ete fecisti, Doctissime SPALATI-  
NE, quod meâ operâ potissimum  
uti volueris. Quare dispeream, si quid  
gratius *Tuo Carino* facere potuisses, si  
quidem jampridem cupivi aliquam oc-  
casionem mihi dari, quâ me in amicitia-  
m Tuam insinuarem. Eam nunc ultrò  
oblatam, dici non potest, quàm mihi  
gratuler. Audiveram fanè etiam antea,  
cùm agerem apud ERASMUM nostrum,  
hujus ætatis insigne ornamentum, de  
moribus Tuis candidis, eruditione exi-  
mia, vitæ integritate summa, humani-  
tate



tate inauditâ, hinc primùm Te amare  
 cœpi. Sed postquam mihi colloquiô  
 Tuô mellitissimô frui contigit, præ-  
 sensque propiùs Tuas dotes perspicere,  
 statim me totum in amorem Tui rapui-  
 sti, visusque mihi malignè ante hac de-  
 pictus, longeque infra Virtutum Tua-  
 rum meritum laudatus. Verum enim  
 est, *quò quisque doctior, eò humanior &*  
*valdè communis omnibus.* Hinc opinor,  
 meliora ac elegantiora studia notata  
 humaniores literæ, quòd iis imbuti cæ-  
 teris mansuetiores humanioresque sint.  
 Hoc ita esse, satis magnum argumen-  
 tum exhibuisti proximè, cum Tu omni-  
 um literarum callentissimus sermones  
 Tuos doctissimos, dulcissimosque me-  
 cum conferres, tantâque humanitate  
 Tibi ignotum, nullâque literarum dote  
 insignitum amplectereris. Quod si verba  
 suppeterent animo, conarer insignes  
 Tuas tum ingenii, tum corporis dotes,  
 quantum ingenioli mei tenuitas permit-  
 teret, dignis laudibus efferre. Hinc si  
 id facerem, vereor, ne aut culpâ deter-  
 rerem ingenii, aut speciem adulationis  
 reciperet, si in os Te laudarem. Quam  
 notam ut effugiam, rectiùs visum eas  
 præ-

der-  
 t mit-  
 ff.  
 nuch  
 ue) s  
 los/  
 &c.  
 O,  
 ris,  
 TI-  
 m.  
 quid  
 si-  
 oc-  
 citi-  
 ltrò  
 nihi  
 teâ,  
 um,  
 de  
 exi-  
 ani-  
 tate



prætermittere hōc locō, quas tamen apud alios prædicare nunquam desinam. Cæterum hoc negotii, quod mihi hodiè Tuis literis injunxisti, libens suscepi, eaque diligentia, quâ potui, sum executus, JUSTINIQUE illius ædes accessi, quo cum ventum esset, quærebam ex hospite, an esset domi; ipse verò negabat, eum esse in urbe *Agrippinâ*, seu *Aquisgrani*. Nam eò nuper profectum esse dicebat. Nomina verò illorum duorum, quæ scire cupis hæc sunt: *ÆNOBARBI* illius est *Henricus Schererius* de *WALTZHUT*, alterius *HENRICUS SCHUARMANNIUS*, *Wesphalus*, uterque Literarum bonarum Candidatis, uterque etiam doctorum Virorum cultores præcipui. Tu hoc meum qualecunque officium, rogo, boni consulas, & *Carinum*, qui Te magnò amore prosequitur, fac mutuò ames, meque in eorum numerum collocato, qui honoris Tui & nominis sunt studiosissimi. Vale, *doctissime SPALATINE*, cum Principe Tuo clarissimo, ac omnibus verè regiis dotibus cumulato, immortalitateque dignissimo, quem si DEUS bonis Literis ac nobis diu incolumem servaverit, spes est, fore, ut omnes bonæ Literæ Philo-

loso-



Philosophiaque CHRISTI quorundam opera, nimirum eorum, qui vestitu ac vultu sanctimoniam venditant, modo non extincta, sub ipso veluti renascatur. Iterum vale, & has quales quales literas boni consule. Raptim Aô. M. D. XX.

XIX.

*Eximio Theologo,*

GEORGIO SPALATINO,

*Illustrissimi Principis FRIDERICHI, Saxoniae Ducis à Sacris,*

*Amico præcipuo,*

LUDOVICUS CARINUS

S. D.

**M**issus mihi heri dono à bono Amico Dialogus quidam *ἀνώνυμος*, Doctissime SPALATINE, quem cum evolvissem, mirum in modum placuit. Est enim elegans, lepidus, multis jocis, multis salibus passim aspersus. Visus sum mihi igitur inter legendum operæ pretium facere, si ego, nuper in Amicorum Tuorum album relatus, Te novum Amicum, novô aliquô *ξενίῳ* donarem, quod memoriam mei apud Te foveret, neque exolescere fineret. Videbatur tum mihi nullum magis hōc Dialogō idoneum, nullum æquē hoc tempore gratum, aut

JU-



jucundum futurum. Ideò eum, antequam gratiam novitatis exuat, quâ hujusmodi munuscula potissimum commendantur, ab ipsis (quod ajunt) folli-  
 bus ad me profectum ad Te mitto, *τεκμηρίον τῆς πρὸς ἡμᾶς Φιλίας*, animique mei erga Te indicium, ut & tu eadem voluptate, quam ego ex lectione ejus cepi, perfruaris, eoque te, qui ejus generis jocis valdè caperis, cum à feriis studiis Tuis feriaris, oblectes, atque habeas, quod cum Amicis ridere possis. Quis enim usque adeò *ἀγλασος*, qui non risu emoriatur? cum videat monstra illa omnibus bonis invisâ, HOCHSTRATUM, LEUM, ECCIUM, (Nam hi præ cæteris aceto perfunduntur) tam graphicè suis (ut dicunt) coloribus esse expressa. Non medius Fidius ipse *Apelles* potuisset meliùs. Sed tamen cutiseorum magis obcalluit, mi SPALATINÆ, quàm ut tam leves aculeos admittat, aut sentiat. Aliis spiculis sunt petendi, aliis telis perforandi, si volumus meliora studia, in quorum perniciem totò pectore incumbunt, si sincerum ac simplicem CHRISTUM, quem nobis, nescio quibus ceremoniis, involvunt, ac indies nobis difficiliorem red-

red.



reddunt, quò quæstui suo consulant, ac  
 adulterant, planèq; stultam plebeculam  
 in Judæismum quendam inducunt ab eo-  
 rum Tyrannide vindicare. Quod qui-  
 dem spero brevi futurum, duce MARTINO  
 nostrò, præsertim cum tam latè vitia eo-  
 rum sparsa sint. Tu modò fac, ut nobis  
 Principem Tuum, nunquam sine hono-  
 ris præfatione nominandum, Illustrissi-  
 mum, in quo uno recuperandæ Liberta-  
 tis, tantò tempore suppressæ, spes nobis  
 affulget, conserves & Literis & CHRISTO  
 integrum, qui ejus auxilium jam pro  
 MARTINO quodammodò implorare vi-  
 detur. Qui Princeps ferè solus mihi no-  
 strò tempore sapere apparet, solusq; di-  
 gnus, quem omnes Musarum cultores  
 laudibus in cælum usque vehant, me-  
 moriamque sui posteris transmittant.  
 Cæterum magnas Tibi gratias ago, quòd  
 me dignum duxeris, quem inter Tuos  
 Amicos numeres. Operam sum datu-  
 rus, ne videaris indignum cooptasse.

Vale, *Doctissime* SPALATINE! Dat.

nonò Calend. Novembr. M.

D. XX. ex *musarum*  
 nostro.

D

XX.





*Clarissimo Juris-Consulto ac Theologo,*  
 DN. CHUNRAD. MUTIANO RUFFO,  
 apud Gotham Turingorum Canonico,  
*Amico & Patrono suo primario,*

S.

**Q**Uò rariùs ad Te scribo, VIR OPTIME,  
 eò Te reverentiùs amo. Nolim enim  
 gravioribus occupatò Amicò per  
 nimiam scribendi familiaritatem abuti.  
 Tametsi annus hic exactus tam mihi fuit  
 turbulentus, ut si maximè studuerim;  
 non potuissem tamen erga Amicos offi-  
 ciosum me pro dignitate ostendere. Pri-  
 mùm errare nos aliunde aliò coëgit sæ-  
 vitia Pestis. Mox conjectus sum in Scho-  
 læ hujus turbulentissima negotia, sum-  
 mò ejus Magistratu ultrò mihi delatò. In-  
 ter hæc ambiendum fuerat jam in Aulâ,  
 jam apud Senatum, ut contingeret heïc  
 Præbenda Collegii maximi cum summa  
 Libertate in annos centum aureos præ-  
 stans. Hanc Princeps, invitis Sophistis  
 omnibus, in me contulit; cùm tamen ob-  
 starent mihi & Consuetudo, & Scholæ  
 hujus Leges. Evici tamen, idqve partim  
 magnorum hominum favore, partim ex-  
 qvi-



*EPISTOLAR. MSCTAR. SINGMLAR. 51*  
quiritâ quâdam arte. Qui has Tibi red-  
det, integer est homo, BERNHARDUS He-  
bræus, supersticiosior paulò. Hunc lit-  
teris ac tabulis instructum in Patriam  
mitto, illic meò nomine hæreditatulam  
ex Fratris mei morte petiturum. Ei si  
quid benefeceris, mihi factum putabo.  
Attamen nolim Te gravari. Nostrarum  
rerum hîc nihil habemus, neque etiam  
novum est bellum, quod infestis utrin-  
que armis cum Sophistis gerimus. Cir-  
cumspicimus hîc viam, per quam *Fabri-*  
*tium Capitonem* hîc queamus adducere.  
Tota Juvent<sup>9</sup> in sacrarum Literarum stu-  
dia prona fertur. Ipsum adeò me certè nõ  
optimum Præceptorem, Paulinas Epi-  
stolas interpretantem, audiunt plus mi-  
nùs trecenti. Vide, quanta rerum vicissi-  
tudo? Olim hæc Litteræ, ut jejunæ, sorde-  
bant omnibus. Nunc, cæteris rejectis, hæc  
solæ placent. Bene vale, & cum vacat,  
rescribe. Cursum *Lipsiæ* è Collegio nostro  
III. Eid. Novembr. An. M. D. XX.

T.

PETRUS MOSELLANUS.  
XXI.

Salve plurimùm,

*Candidissime* SPALATINE,

D 2

Non



MANIPULUS PRIMUS

N

 On potest dici, quantum mihi  
 doleat, operâ nostrâ, sedulâ quidem  
 illâ, sed parùm prudenti, effectum, eti-  
 amnum ut *Hassfurdii* literas desideres,  
 quas tantò præsentare Tibi studiò co-  
 nabamur. Per sanctè jurans fidè obstrin-  
 gebat nobis suam is, cui eas tradidimus,  
 Faber quidam aurarius, vel tibi ipsi, aut  
*Ludovico Hornken*, Lipsiano Bibliopolæ  
 in manûs se literas traditurum. Miror  
 autem Tecum, homini quid acciderit, ut  
 cæteris suas literas exhibuerit; suppres-  
 serit autem, quas inscripseram Tibi.  
 Quanquam putem, R. P. LUTHERUM me-  
 as Tibi misisse literas, quas ad ipsum ex  
 Mercatu dedi Francofurdienſi proximò.  
 Nam priores adjunxeram Tuis cum Li-  
 bellis quibusdam JA. WIMPHELINGI de  
*Gravaminib. nostræ Nationis*, ac aliò quò-  
 dam contra *Sophisticen* editò, operâque  
 Tuâ oraveram ad eum deferri. Sesqui-  
 mensem verò ante Francofurtensem  
 Mercatum hinc nuncius ille fidei pessi-  
 mæ abiit, nec interim quicquam de istò  
 experiri potuimus. Spes erat, imò certò  
 Aulici quidam Primores dixerant, eum  
 cum Principe nostro & *Hassfurdium* adi-  
 turum, & *Coloniã*. At his quoq; falsi  
fui-



fuimus. Proinde alterâ statim hodiè horâ, cum literas accepissem Tuas, quas heri, hoc est, V. Cal. Decembris, *Philippus Surus* attulerat, *Hassfurdiu* adii, quàm potui obnixè orans, alterâ daret ad Te epistolam, quâ Tuæ satisfaceret petitioni. Cœpit excusare se primùm, quòd non tutum esset istiusmodi de rebus scribere Principibus, apud quos, si prædicta non eveniant, jacturam faciat Astrologus nominis, tum in proclivi sit etiam Principis indignatio. Sin eveniant, aliud sit periculum pravæ alicujus opinionis. Te verò, cum pro Principe illa petas, nullas tum adhuc Principis ad se misisse literas (ajebat). Et hanc causam videbatur habere potioem. Nam priora illa ad me dicta apparebant. Tum nescio, quæ de adversâ Principis valetudine, ac præsentis rerum ancipiti statu cavillabat. Scripsisse ajebat se jam tertio, ac Tibi respondisse ad ea, quæ rogâsses. Jam minime consultum videri sibi, ut quarto demùm scribat. Porro ubi hoc ego confutâsses, ac semel duntaxat respondisse Tibi ipsum convincerem, tum adjecissem, nullum metuendum periculum scribendo, quæ etiam ad Principem per-



tineant, præsertim adeò clementem, & Te causam agente. Si ante hac, quicquid hoc est discriminis, contempisset, quid nunc demum scrupulò hòc tantoperè moverit? Ait tandem, in præsentiquidem nequaquam licere sibi, illi operam rei impendere, quòd in fingendis pastillis & placentulis è saccharo mandatò Principis esset occupatus pro adventu Regis, qui ad diem Dominicum adventurus hùc crederetur. Præest enim nostro Pharmacopolio, in quò Saccarea illa solent confici. Et quidem huic operi sedulò cum Ministris atque uxore intentum, offendi. Addebat autem, audivisse se cum Rege quosdam è Vestrà Aulà adventuros, per quos Tibi vellet scribere ac morem gerere, si ullò id sibi pactò per negotia licuerit. Atqui, nisi me fallat nasus, subolet vereri eum, ne, cum in gratiam Principis desudarit, nullam sit à Principe gratiam initurus. -- Sed ut ut se res habeat, uterque PETRUS & ego, mox atque defunctus istò saccharè opere fuerit, mississemus, & cum per nos, tum per alios orare haud cessabimus Virum, donec id, quod Tu tantoperè petis, exoremus. Id verò ut Te non lateret, cum frater quidem



dem fortè fortuna peregrinus hùc advenisset, qui cras statim *Erfordiam* aditurus sit, ei has literas tradidi cum aliis ad EOBANUM HESSUM, quem quidem virum, nisi ex ipsius lucubrationibus, planè incognitum habeo, ut vel illinc ad Te perferantur hæ, quibus diligentiam nostram agnoscas. Cras alteras *Spiram* mittam, ubi quidam alterius nuncii spem fecit. Adeò nihil neque pudebit, neque pigebit, donec voti reddaris compos. Vale felicissimè. De cæteris aliàs. *Heidelbergæ* V. Calend. Decembr. M. D. XX.

BUCERUS ὁ Σωτήρης.

XXII.

Clarissimo VIRO,

DN. GEORGIO SPALATINO,

Illustrissimi Principis ac Domini, DN. FRIDERICI, Ducis Saxoniae ac Principis Electoris, à Consiliis,

*Amico incomparabili,*

*Wormaciae.*

S. D.

BEATUS RHENANUS.

MEMINI me superioribus annis à Teleras accepisse, quibus poscebas, ut VELLÆI fragmentum, à me tum recens inventum, *Wittenbergam* mitterem in Biblio-

D 4

blio-



thecâ Principis Tui reponendum. Iis fanè non ob aliam causam respondere distuli, quàm quòd cottidiè habebam in animo, *Vellæum* publicare, nec vacuas tantùm ad Te destinare literas, sed & Autorem ipsum *Wittenbergam* mittere. Enimverò cùm in hoc essem totus, ab amico mihi quodam nunciatum est, in Bibliotheca *Galeacii, Comitis Mediolanensis*, integrum extare *Vellæum*, à *Merula* quondam cum multis aliis Veterum monumentis repertum. Quis tum melætior, optime SPALATINE? Habere me putabam, qui mihi tantùm indicatus erat. Deceveram mox *Mediolanum* advolare. Sed quoniam id tum non licuit, literis rem agere cœpi. Cæterùm nihil effeci, ut ab indice illò planè mihi putem verba data. Proindè ne *Tuam* modò *Præstantiam*, sed & Studiosorum omnium spem diutiùs vanâ pollicitatione morarer, emisi nuper *Vellæum* utcunqve castigatum. In quo multùm falsus sum, quòd exemplar fidelissimè descriptum arbitrabar, cùm postrema, sed nimiùm fera collatio Librarii manifestam oscitantiam arguat. Nimiùm prætereà confidebam iis, qui formis castigandis præsunt in officinâ Frobenia-

nâ.







putavit. Quibus se rebus etiam *Urbini* Dux pridem expulsus miscere videtur, *HISPANORUM* fretus auxiliô. Vide, mi *SPALATINE*, quàm nihili habeatur hæc natio, quàm contempti sint *Principes*. Cùm isthïc nunc tantum non de capite *Pontificis* agatur, ipse bellum incipit. Quod nisi me fallit animus, ipsi futurum est perniciosissimum, si modò *Cæsar* connivere velit. Nam hïc rumor est, lancearios intrare per *Veronam* adjuncturos se parti adversæ. Et adhuc exhauriri se patietur hæc natio, *Palliis* emendis, emendis *Sacerdotiis* nostris, emendis *Indulgentiis*, ut sit, undè belligeretur *Pontifex* M. Cæterum arbitror, M. L. in hóc accitum à *Principibus*, ut suô consiliô hos adjuvet modum statuturos tyrannidi *Pontificiæ*. Sunt, qui nollent vocatum illi à violentia timentes. Sed video non alium fuisse modum cohibendi *Edicti Cæsarei*, quàm si accerferetur, *Proponet* paucis *Summam veri Christianismi*, & quantum ab illo degeneravit vita nostra, & in primis *Pontificum*, simul ostendet. Et est alioqvi incipiendum à capite. Hoc omittere non possum, quosdam suspicari, idcirco *GALLORUM & HELVETIORUM* exerci-



*EPISTOLAR. MSCTAR. SINGULAR. 59*  
exercitum cogi à Pontifice, ut *Cæsarem* in  
officiò retineat timentem Regno suo *Neapolitano*, si *LUTHERO* subscribere videa-  
tur. Sed de his plus satis. Tu *Christianis-*  
*simo Principi Tuo VELLÆUM* offeres, &  
me illius Celsitudini plurimum com-  
mendabis. Saluta mihi *MARTINUM LU-*  
*THERUM & PHILIPPUM MELANCHTHO-*  
*NEM.* Cave hanc Epistolam evulges.  
Benè vale, *VIR Clarissime. Basileæ pri-*  
*die Divi Gregorii M. D. XXI.*

*PSt. Edo nunc Opera TERTULLIANI, immò men-*  
*das potius. Nam quidam Libri tam sunt insigniter de-*  
*pravati, ut vix una constet sententia. Sed tamen per-*  
*gendum est, quando cepimus. Nullam venor gloriam,*  
*nec adsequar. Duntaxat cupio prodesse. Fortassis in-*  
*venturi sunt Docti in his operibus, quæ scisse non obfue-*  
*rit. Iterum salve, mi SPALATINE.*

### XXIII.

*Integerrimo Viro,*

**DN. GEORGIO SPALATINO,**

*Illustrissimi Principis Elect. FRIDERICI, Ducis*  
*Saxonix, &c. à sacris & secretis,*

*Domino & Amico suo venerando,*

*S. D. IN CHRISTO JESU!*

**Q**ui has ad Te pertulit **BALTASAR**  
**HAWER**, sincerus est, non inelegans,  
&, quantum sciam, probus. Nam pro-  
bis.



biffimi Viri filius, quò cum olim familiariter convixi. Is nunc ambit Aulam Illustrissimi Principis Tui, fortè plectus solidissimâ Principis & incorruptissimorum Aulicorum famâ. Quare si quæ conditio isti accommoda fuerit, ad eam illum, quatenus feret optimi Principis utilitas, habeas promotum, vel mei causâ. Adeoque, quicquid fuerit, oro, ut obiter indices nobiscum intercessisse amicitiam, cujus obtutu cupias illi bene esse. Hodie comburentur libri LUTHERI, sicut est clarissima fama, in publico foro. Princeps meus abiit, qui cautus ejus Tragediæ partes nullas agere vult. Mandata, ut vocant, Cæsarea exhibunt, magis animosa, quam prudentia. Iccircò elangvescent interjectâ morâ, nisi quòd periculum est, ne utrinque res in nervum exeat, & verbis disceptatum armis & sanguine definiatur, quò malò nihil video calamitosius. CHRISTUS noster benè veritat. Equidem fero, quòd est voluntas Domini, acerbissima quæque, opinor exigentibus ita demeritis injuriosæ vitæ. Vale. Wormatiæ 29, die Maji An. M.D. XXI.

WOLFG. CAPITO.

Die XXVII. Maji intra decimam & undecimam  
fa-



EPISTOLAR. MICTAR. SINGULAR. 61

fatò functus est Marthio Gulielmum de Sohviens.  
Non admodum magnò luctu Hispanis & Aulicis ea  
mors esse videtur. Die Veneris Caesar hinc solvet.  
Longissimè proximè agam.

XXIV.

Suo GEORGIO SPALATINO.

*Ihesus!*

Salutem. Literas Tuas & GERBELLU, &  
SAPIDI accepi Dominicâ Exaudi, mi SPA-  
LATINE; & quòd nondum ad Te scripsi,  
consultò factum est, ne recens fama ca-  
ptivitatis meæ causa cuiquam esset inter-  
cipiendi literas. Hic varia de me nar-  
rantur. Invalescit tamen opinio, me es-  
se ab Amicis captum è *Franciâ* missis.  
Cras tempus datæ fidei Cæs. expirat.  
Quòd illos scribis tam rigidò edictò sæ-  
vituros etiam in conscientias exploran-  
das, doleo non pro me, sed quòd malum  
in caput suum imprudentes illi accer-  
sunt, & tantò odiò sese ornare pergunt.  
O quanta odia suscitabit impudens ista  
violentia! Sed sine. Tempus visitationis  
eorum fortassis instat. Nihil adhuc è  
*Wittemberga*, aut aliunde à nostris acce-  
pi. *Erphordie* Juventus nocte Sacerdo-  
tum aliquot domûs lustrat. Quò tera-  
pore



pore nos *Isennacum* venimus, vidimus, quòd Decanus Severianus, Papista magnus, Magistrum Diaconum, bonæ opinionis virum, è choro publico, apprehensâ Sindone, traxerit, prætexens esse excommunicatum, quòd mihi *Erphordiam* ingredienti venerat obviam cum ceteris. Interim mutantur omnia. Senatus diffimulat. Malè audiunt Sacerdotes illis, & artificum Juventus cum Juventute literatâ conspirare dicitur. Propè est, ut Proverbio prophetico fortassis satisfaciant, quò dictum est: ERPHORDIA PRAGA. Heri mihi nunciabatur, *Gothæ* esse malè acceptum quendam Sacerdotem, quòd res nescio quas emerit pro redditibus Ecclesiæ augendis, & prætextâ libertate ERASMI onera (quæ vocant) & tributa pendere recusârint. Videmus, Præpositum amplius neque posse, neque velle (sicut & *Erasmus* scribit) jugum Papæ & Papistarum ferre, nec tamen cessamus urgere & aggravare eum revelantem jam hæc omnia. Nunc species illa Pietatis non amplius ita valere, neque vigere poterit, sicut hætenus regnavit. Hætenus odia & vi auximus, & vi oppressimus. Sed an ultrâ opprimi que.



queant, experiemur. Ego otiosus hinc  
 sedeo totâ die. Bibliam Græcam & He-  
 bræam lego. Scribam VERSIONEM VER-  
 NACULAM de *Confessionis auricularis Li-  
 bertate*. PSALTERIUM etiam profeqvar &  
 POSTILLAS, ubi è *Wittembergâ* accepero,  
 quibus opus habeo, inter quæ & MAGNI-  
 FICAT inchoata expecto. Non credas,  
 quantâ nos humanitate *Abbas Hirsfeldius*  
 exceperit. Cancellarium & Quæstorem  
 obviam misit miliariô magnô. Tum ipse  
 ad castrum suum multis eqvitibus nos  
 excipiens in opidum comes fuit. Sena-  
 tus intra parietes nos excepit. In Mo-  
 nasterio suo nos pavit lautè, & in cubili  
 suo me locavit. Manè quintâ sermonem  
 facere coëgit, frustrâ me recusante, ne  
 fortè regalia sua omitteret. Si hoc fa-  
 ctum Cæsariani cœperint interpretari læ-  
 sam fidem datam, cum mihi inhiherent,  
 ne in viâ prædicarem; ego tamen non  
 consensisse me dicebam, ut Verbum DEI  
 alligaretur, quod & verum est, & *Isenna-  
 ci* prædicavi, sed timidô Parochô & No-  
 tariô, testibusque præsentibus, coram  
 me protestante; humiliter tamen excu-  
 sante necessitatem hanc ob metum Ty-  
 rannorum suorum. Ita & *Wormatiæ* for-  
 tè



tē audies per hæc à me solutam fidem.  
 Sed non est soluta. In meâ enim potesta-  
 te non erat ea conditio, ut Verbum DEI  
 esset alligatum, nec pepigi in eam. Et  
 si pepigissem, quia contra DEUM fuisset,  
 servum DEI non fuisset. Deinque altera  
 die nos ad Sylvam usque profecutus est,  
 & Cancellariô adjunctô in *Berckâ* nos ite-  
 rum pavit omnes. Tandem ab *Isennacen-*  
*sibus* peditibus obviis excepti intravimus  
 vesperi *Isennacum*. Manè solis omnibus  
 cum *Hieronymo* abeuntibus, ego ad car-  
 nem meam trans sylvam profectus, ubi  
 ad *Waltershufen* tendimus. Paulò post  
 propè arcem *Altensten* captus sum. AMS-  
 DORFIO id annunciabatur, sed locum i-  
 gnorabat nuncius custodiæ meæ. Fra-  
 ter meus eqvites in tempore videns à  
 curru se subtraxit, & insalutatus *Walters-*  
*hufen* pedestris vesperi venisse dicitur.  
 Ita sum hîc exutus vestibus meis, & eqve-  
 stribus indutus, comam & barbam nu-  
 triens, ut Tu me difficilè nôsses, cùm  
 ipse me jamdudum non noverim. Jam  
 in Christianâ Libertate ago, absolutus ab  
 omnibus Tyranni istius legibus quoque.  
 Si DEO placeret, ut pro verbo ejus pate-  
 rer, fiat voluntas Domini. Vale & ora  
 pro



EPISTOLAR. MISCAR. SINGULAR. 65  
pro me. Saluta ὅλην τὴν αἰυλὴν ἡμῶν. Da-  
tum in Monte Feriâ III. post Exaudi 1521.  
MARTIN LUTHER.

XXV.

*Magnanimo Viro,*

D. MARTINO LUTHERO,  
Theologo,

*Domino & Præceptori suo charissimo,*  
NICOLAUS GERBELLIUS.

S. in CHRISTO JESU Crucifixo!

DE Te apud nos adeo incerta sunt omnia, ut nihil unquam videris audierisque incertius. Nam constans undiq; fama volat, per insidias Te captum esse; deinde vero occisum etiam, adactō in cervicem Tuam gladiō. Sunt, qui dicant, salvum Te *Wittenbergam* rediisse. Ex his, quodnam sit verum, ambigitur. Postremum certe nemo est eruditorum, vel proborum hominum, qui non ita esse cupiat. De priore, non credis, quam exultent, quam gratificentur Diis suis adversæ partis adsectores. Insani homines profecto & ignari, quantum malorum, quantum etiam humani sanguinis exposcat interitus Tuus. Nos sane, quotquot adspiravimus ad Salutem & Libertatem, quiq; *Evangelii & veræ Fidei Propugnato-*

E

rem



*rem* TE esse agnovimus, variè afficimur,  
 dequè vitâ Tuâ, non credis, quàm simus  
 foliciti. Non quòd hanc Tibi gloriam in-  
 videamus, ut mortuus Mundo vivas a-  
 pud Superos, pro quò Tu animò tam ex-  
 celsò, tamquè incredibili constantiâ hos  
 rerum motûs exsuperâsti, sed quòd Ev-  
 angelium CHRISTI Tu cum paucis rectis-  
 simè tractare visus es, & quò Duce non  
 fallaci agebamus spe, restitui posse o-  
 mnia, quæ Majorum nostrorum injuriâ  
 atque defidiâ fuerunt oblitterata. Qua-  
 re, mi doctissime LUTHERE, si me amas,  
 si reliquos, qui adhuc mecum curam Tui  
 habent, Evangeliiquè DEI, per Te tan-  
 tò labore, tantâ curâ, tot sudoribus, tot  
 periculis prædicati, fac sciamus, an vivas,  
 an captus sis. Num prærepta Tibi liber-  
 tas scribendi & docendi nos, vel quonam  
 in statu sint res Tuæ. Interdicetur, si ve-  
 ra est fama, omnibus aqua & ignis, qui  
 Libros Tuos legent, qui vera docuisse Te  
 sunt credituri. Vides nunc, quæ sit futu-  
 ra rerum facies, quæ sit proferenda iis,  
 qui Evangelio Filii DEI nomina dede-  
 runt. Faxit DEUS, ut sincerâ & verâ fide  
 omnes omnium Inimicorum nostrorum  
 insidias, dolos, fraudes non secùs fera-  
 mus,

mus  
 rum  
 stray  
 disc  
 nos  
 lum  
 inst  
 Com  
 nim  
 etri  
 luta  
 me  
 Sal  
 mu  
 Ser  
 FEI  
 CA  
 RO  
 ele  
 va  
 Pe



nur, mus, in- as a- n ex- t hos l Ev- ctis- non e o- juriâ Qua- mas, n Tui tan- , tot vivas, liber- onam si ve- , qui ffe Te futu- la iis, dede- â fide orum fera- mus,

mus, quàm quæ sunt vanissima. Cæte-  
 rum obtestor Te per Amicitiam no-  
 stram, mi LUTHERE, ut Libros Tuos, post  
 discessum tuum à *Vangionibus* editos, ad  
 nos, si quâ occasione fieri potest, clancu-  
 lum transmittas. Cupimus verò omnes,  
 institutos à Te in totum MATTHÆUM  
*Commentarios* citissimè absolvi. In his e-  
 nim formam nobis totius Christianæ Do-  
 ctrinæ præstare poteris officiosissimè. Sa-  
 luta nomine meo PHILIPPUM *meum*, cui  
 me commendes oro, quantum potes.  
 Salutat Te Conjux mea. Salutat Te Do-  
 mus *Casparis Uringeri*, à Libellis qui est  
 Senatui nostro. Salutat Te OTHO BRUN-  
 FELSUS, Carthusianus. Salutat Te LU-  
 CAS Sacerdos. Saluta nomine meo CA-  
 ROLOSTADIUM & THOMAM PLAURERUM,  
 elegantissimum Juvenem, & felicissimè  
 vale. *Argent. M. D. XXI. in Vigiliâ*  
 Pentecost.

*Scripti diebus superioribus Epistolam unam ad Te;*  
*nescio quò animi impetu, præproperè atq; parùm ac-*  
*curatè, cumq; nimium urgerer ab Amicis, qui stu-*  
*diò videndi Te nullam ferebant moram, excidit mi-*  
*hi quoddam ineptissimum, quod ut Tu prius emendes;*  
*quàm in cujusquam manûs perveniat, per omnia Sa-*  
*cra, perq; Amicitiam nostram Te oro. Locus, de quò*  
*agitur, ita se habet: Aliis alia placentibus. Tu in lo-*





*cum Dictionis PLACENTIB. quæ mirificè displicet mihi, repone PROBANTIBUS. Non possum admirari satis, quânam oscitantia, seu incuria, id verbi irrepserit. Sive hoc ardore Animi, seu curâ nimia gratificandi Tibi, vel per occupationes meas, nimium adversas melioribus studiis, acciderit, incertus sum. Tu pro admirabili candore Tuò boni hoc consule.*

## XXII.

GEORGIO SPALATINO,  
PHILIPPUS MELANCHTHON  
S.

**R**escisses, mi SPALATINE, primus omnium, si quid esset *Erphurdia* dignum memoriâ actum. Nam quòd hactenus omisi eâ de re scribere, nulla fuit alia causa, quàm quòd arbitrabar indignas esse nugas, quæ homini alioqvi occupato objicerentur. Mihi certè non admodùm gratum facturus fuerit, qui tali Historiâ negotium faceffat. Sed quando ita vis, obsequendum est homini amico, repetamqve paucis rem penè Comœdiæ similem. WOLFGANGUS, Illustrissimi Ducis Saxoniae, JOHANNIS, Concionator, is, qui nuper Parœciæ ad S. MICHAËLEM *Erphurdia* præfectus est, perpulit MARTINUM, ut unâ *Wimariam* iret, id quod voluisse Principes videbantur.



EPISTOLAR. MSCTAR. SINGULAR. 69  
tur. Legi enim Literas hōc argumen-  
tō è *Wimaria* scriptas. Extractus sum u-  
nā & ego, velut Socratica MARTINI um-  
bra; quanquam & publicæ & privatæ ra-  
tiones aliud svaderent; ivi tamen, magis  
parū inermis repugnans MARTINI vo-  
luntati, quā volens. Ventum est *Wi-*  
*mariam* Sabbatō ante diem SEVERI pro-  
ximō. Concionatus est itaque MARTINUS  
posterō die de *Fide*, deqve *Operibus* com-  
munia illa, quæ solet. Concionem satis  
diligenter scriptam habet *Willefels*, auli-  
cus ille *Wimariensis*. Nōsti enim homi-  
nem. Eōdem die Principes *Numbergam*  
abiēre. Nos die Lunæ proximō *Erphur-*  
*diam* petivimus. Non ita procul urbis  
portis de curru descendit MARTINUS, tur-  
bam visentium & excipientium sollicitē  
vitans. Divertimus ad ædes Parochi S.  
MICHAËLIS. Neqve enim tutum erat ad  
Monachos divertere. Vesperē penē ob-  
ruti fumus Salutantium tumultibus. At-  
qve heic, ut dicam, quid egerimus, unō  
verbō: *Potatum est, clamatum est, quod so-*  
*let*. Eorum, qui Literati dicuntur, præ-  
ter nostros, hoc est, EOBANUM, CORDUM,  
LANGUM, & aliquot Magistros, nemo ad-  
fuit. Manē, quō minore pompā omnia



agerentur, in eodem Templo S. MICHAË-  
 LIS concionatus est augustè, ut scis. Evan-  
 gelium enarravit de *prudentibus & fatuis*  
*Virginib<sup>9</sup>*. Quo in loco discrevit verè CHRI-  
 STIANOS à *personatis*, id quòd poscebat Ev-  
 angelium. Verè CHRISTIANOS esse docēs,  
 in quibus sit CHRISTI Spiritus, PERSONA-  
 TOS, *qui CHRISTI Spiritu vacent*. De rebus  
*Papisticis* non ita multa dixit. Hunc unum  
 attigit Locum, *Judicium Doctrinae esse apud*  
*eos, quib<sup>9</sup> Spiritus CHRISTI sit*; atq; in eo a-  
 liqvantis per immorat<sup>9</sup> est propter *Theo-*  
*logastros Erphurdenses*, qui excludunt à ju-  
 dicandi provincia eos, qui ARISTOTELEM  
 non didicerunt. Perstrinxit & hoc genus,  
 quod *vi & armis putat se rem Christianam*  
*asserturum*. Habes Concionis summam.  
 Die SEVERI proximò bis concionatus est,  
 sed audire mihi non licebat, qui manè a-  
 pud MOSELLANUM essem in ædibus UR-  
 BANI nostri. Post meridiem nos adhuc  
 prandebamus, cùm ille in Templo doce-  
 ret. Privatim à Civibus in nos omnia of-  
 ficia collata sunt. Publicè nec Universi-  
 tas, nec Senatus donavit. Ajunt ibi quen-  
 dam Magium esse, Sacerdotum manci-  
 pium. Mihi quidem fructus fuerit hujus  
 profectiois, URBANUM vidisse, contra-  
 xisse-



xiffeqve cum homine fvaviffimô amicitiam. Nam reliquos jam antè fatis nôram. Excurrifsem indè & ad MUTIANUM, fed tum non conveniebat. *Post* Concionem pomeridianam die SEVERI commodùm *Wimariam* redivimus, ubi minus erat turbæ. Breviter, ubi judicabamus nos domi eſſe. Nam *Erphurdie* convivandum tum erat. Nôſti vulgus. Cùm *Wimariam* rediffent Principes, auditus eſt quotidiè MARTINUS, dixitqve ille cùm communia illa de *Fide & Operibus*, tum etiam *Locum* de *duplici Gladiô*, ſeu *Administration* tractavit. *Administrationem Spiritualem* docuit eſſe, cùm *Corde Spiritu ſuô CHRISTUS* regit. *Ministros* ejus *Policiaæ* eſſe, *qui Verbum* diſpenſent. De *Civili Administratione*, ut adfigerem memoriæ, ſtatim ab ipſo ſermone, eôdem planè ordine, qvô dixit, verficulis *Summam*, vel *Elenchum* CONCIONIS complexus ſum:

*Conveniat quales in Plebem eſſe, inq, Senatam*

*REGES, in Multa quique ſit uſque modus.*

*Aq, DEO poſcant rationem artemq; regendi.*

*Non ſatis ad juſtum Lex facit imperium.*

*Et fas eſſe Diis gladiô cohibere ſceleſtos,*

*Hæc tuus, ô noſter, ſermo, LUTHERE, docet!*

Conciones omnes diligentiffimè con-



scriptas habet, WILLEFELS. De CORDO, idem ipse videbam, quod scribis, seriùs, quàm oportuit, moneri? Fortassis autem aliò tempore profuerit, modò mentionem factam esse. Nam & STAGMANNI pœnitere nos non debet. *Quintilianum*, item *Grammaticen*, curavimus prælegi. Superiore semestri mandata est *Quintilianian* prælectio JOACHIMO CAMERARIO, nomen opinor Te nôsse, Juveni *Græcis & Latinis* adeò erudito, ut illi conferre neminem non in hac modò Schola, sed aliàs etiam, possimus. Hunc, cùm jam docere cœpisset, velut in medio cursu, morbus corripuit, quò cum nimis quamdiù conflictatus est. Et cùm nuper revalesceret, domum Pater revocat propter amissam morte Matrem. Sed abiens ita mecum constituit, rediturum se, si quâ omninò ratione id impetrare à Patre possit. Non credas, quàm raræ dotes, quàm eximiæ sint hujus Juvenis, quantâ præter Eruditionem Modestiâ præditus sit, quàm nihil juvenile sapiat. Scio neminem hîc Tibi cariorem fore, ubi redierit. Modò *Quintilianum* interpretatur PHILIPPUS APERBACHUS, qui bonas Literas annos aliquot *Moguntic* docuit, ces-



EPISTOL. MSCTAR. SINGULAR. 73  
cessurus, cùm libebit nobis. *Grammaticen* vicariâ operâ pro CORNARIO præle-  
git LONICERUS. POMERANO multò ante  
auctor fui durandi, quànquam *Erphur-*  
*diam* invitaretur. Neque dubito, quin in  
potestate vestra futurus sit. Risimus ve-  
rò eos, qui *In æternum* unam esse Dictionem  
contenderunt. Belli Magistri, qui in  
unam Dictionem compegerunt. Et in id  
ipsum certè Græci Articulum interpo-  
suerunt *εις τὸν αἰῶνα*, ne quis converteret,  
& peregrinam esse Phrasin satis constat.  
Nam Latini *perpetuò* potiùs, quàm *in æ-*  
*ternum* dicere solent. Quid autem? Faci-  
ent ne illi unam Dictionem etiam ex his  
*in ævum*? At Græcis idem est *εις τὸν αἰῶνα*,  
quod nostri homines nonnunquam *in æ-*  
*vum*, frequentius *in æternum* verterunt.  
De Canone conferendarum Scriptura-  
rum non satis intelligo, quid velis. Sed  
viderit AMBSDORFIUS. Nam ab illo petis  
Canonem. *Vulgarium* mittemus ad Te,  
ubi contigerit aliquis, qui ferre commo-  
dè possit. Nunc tantùm eos Locos adjiciam  
conversos in *Latinum* sermonem, ut  
petiisti: ERAT AUTEM UBI QVISPIAM RE-  
GIUS, \*) CUJUS FILIUS ÆGROTABAT. Re-  
gius autem dicebatur, vel quòd ex regiò ge-



*nere esset, vel à Dignitate, seu Magistratu, quem gerebat, vel simpliciter, quòd ex Regis Familia esset. Hinc sunt, qui putant, eum esse, qui MATTHÆO Centurio. Sed falli hos multa arguunt. Neque enim Centurionem consentaneum est regium dici. Et Fides Centurionis multò firmior fuit hujus Fide. Nam Centurio verbis CHRISTI contentus est, non etiam petit, ut unà secum domum eat. Hic verò jubet CHRISTUM ad se descendere. Illic à monte descendebat in Capernaù CHRISTUS, Heic è Samaria ad Canam proficiscitur. Centurioni servus, huic filius aegrotabat. Centurionis puer PARALYSI, hic FEBRI laborat. Quid igitur ad eum JESUS? NISI VIDERITIS SIGNA &c. Quòd dixit, videns imbecillitatem fidei ejus, quòd adjecisset: PRIUSQVAM MORIATUR. Quasi verò non & mortuum excitare posset.\*\* Posteaquam verò satis improbè institerat rogandò, ut descenderet, nondum sciens, quòd & absens mēderi posset, ostendit CHRISTUS, quòd & hoc possit, adsitqve ubicunque, quanquam dissimulet nonnunquam se adisse, aitqve: VADE, \*\*\* FILIUS TUUS VIVIT, ut disceret per id, quòd CHRISTUS non adibat unà domum ejus. Id quòd Centurio jam antè cre-  
 de.*



debat, quàm rogaret. CREDIDIT HOMO  
 SERMONI, ET ABIIT. *Sed Fides adhuc pa-*  
*rum firma erat, donec post eventum tenta-*  
*tionis palàm factum est vivere & valere fi-*  
*lium.* Hæc penè ad verbum *Vulgarius.*  
 Attigit autem unum atque alterum Lo-  
 cum hujus Evangelii, ubi, si quis narra-  
 re volet, immorari retulerit. Sic enim,  
 ferè sentimus, nisi tum opem ferat DE-  
 us, cum nos oramus, postea non fore  
 Locum servandi nos. Id quod hic *Regu-*  
*lus* sentiebat, nî maturaret CHRISTUS,  
 interiturum filium. Item exerceri Fi-  
 dem eò, quòd negat, se unà iturum,  
 CHRISTUS. Sic nonnunquam dissimu-  
 lat se adesse, vultq; exerceri nos *verbò.* Po-  
 stremò Fidem *eventu* confirmari. Igno-  
 sces, quòd indiligentiùs scripsi. Sic enim  
 festinandum erat, quòd hòc tempore pu-  
 tem mihi perire, quicquid non colloca-  
 tur in sarcinendum *Græcum Dictionarium.*  
 Misit huc THOMAS ANSELMUS nuncium,  
 expectaturum, dum extrema manus O-  
 peris imponatur, ut secum asportet exem-  
 plum. De *Censu* scribam etiam his diebus,  
 si voles. Nunc enim non licebat. Vale.  
 Witteb. Aô. M. D. XXII.

NB. *Sequentia in MS& ad marginem verbis istis,*  
 ubi

tu,  
 Re-  
 nt,  
 Sed  
 en-  
 i.  
 fuit  
 RI-  
 unà  
 RI-  
 de-  
 eic  
 en-  
 en-  
 bo-  
 ISI  
 lens  
 set:  
 non  
 am  
 de-  
 me-  
 d &  
 am  
 ve:  
 eret  
 à do-  
 cre-  
 de-





ubi præfixæ Stellulæ apparent, erant adjecta, quæ præterire nolui.

\* Βασιλικός, regius, meò judiciò, qui ex HERO-  
DIS Satrapis fuit, ut hòc nomine Βασιλικὸς discer-  
natur à Romanis, qui tenebant alterã Judææ partẽ.

\*\* Placet hoc.

\*\*\* Ut exerceretur Fides ejus per id, quod non  
unà CHRISTUS ibat, & esset verbò contentus.

XXVII.

*Eruditissimo*

DN. GEORGIO SPALATINO,

Illustrissimi Principis Saxonæ à Secretis,

*Suo Amico & Patrono eximio,*

Lochi.

GVILIELMUS NESENIUS

S. D.

QUÒd hætenus non scripserim, VIR  
Humanissime, ERASMUS in causâ fu-  
it. Is ad me scripsit Epistolam de rebus  
familiaribus benè longam. Hanc dum  
ad Te, ut pollicebar, mittere paro, su-  
pervenit Operum ERASMI Catalogus, in  
quo Orbi quoque publicata vidi, quæ ad  
me peculiariter scripta putabam. Pro-  
inde ex illo ERASMI animum discere Te  
malebam, quàm ex Epistolâ. De tribus  
illis Dialogis, quos nobis pollicetur, pla-  
nè somnium. Nam ad hunc modum, ut  
nòsti, fucum facit imperitis juxta & sce-  
lero -



Ierosis Sophistis. Nihil est, quod ab ERASMO metuamus. Melior est quies, quam Viro sancto negotium faceere vel-  
 le, & factio hæc firmior est, quam quòd  
 ullius facundiæ viribus labefactari possit.  
 Tu vale optimè, mi SPALATINE, & Litte-  
 ras, quod facis, fortiter tuere. Ipse heic  
 Legibus operando, facturus certè ali-  
 quando in hæc re aliquid, si Professores  
 nostri Textum, ut vocant, explicarent,  
 & non insulsissimis istis glossis excutien-  
 dis tempus tererent. Vix in bienniò vi-  
 ginti versûs, si ad hunc modum perre-  
 xerint, interpretabuntur, qui mihi tanti  
 non erunt, ut in illorum gratiam heic  
 tamdiu hæerere velim. Hæc, ut spero,  
 præsens dicam omnia Tibi, & quid Tu  
 in hac re consilii dabis, avidissimè acci-  
 piam. Vale iterùm. Raptim *Wittenbergæ*  
 die Veneris post Pentec. A. M. D. XXIII.

XXIIX.

*Inlustrissimo & eidem Clementissimo Principi &  
 Domino,*

DN. FRIDERICO, Sacri Imperii E-  
 lectori Archi-Mar. Saxonum Duci, Landgravio  
 Thuringiæ, Marchioni Misniæ,

*Domino & Patrono suo clementissimo,*

Gratia & Pax à DEO, Patre nostro!

Etiam.



ETiam si intimis quibusvis Inlustrissimæ  
*Dominationis Tuæ* obsequiis me ipsum  
 perpetuò addicerem, CHRISTIANISSIME  
 PRINCEPS, quid cum Tua erga me bene-  
 ficentia foret. Enimverò poscentis abs Te  
 pauperis exilium & peregrinationem  
 minimè contempfisti, quin potius illi ple-  
 raque largitus es munera, verè Christia-  
 nò Principe digna. Ideò posteaquam cœ-  
 pi, (loquar ad Dn. meum piissimum) ob-  
 secrans per *CHRISTUM*, cujus munere,  
 Te his novis seculis Principem & nego-  
 tiorum regni DEI Patronum suscepimus,  
 ut magnam Clientuli sui in DEI verbò  
 continuè laborantis miseratus egestatem,  
 sex aureis, hætenus eidem in angariis  
 datis, pro Sua pietate ac principali mu-  
 nificentia quatuor addat, ut decem ha-  
 beam. Nihil profectò tale unquam pe-  
 titurus, nisi jam debitis non paucis ob-  
 strictus essem, & ingratiorens essent Au-  
 ditores mei, quàm ut ab illis ego cum So-  
 rore, quam mihi ex Tua Saxonia DEUS  
 tradidit, ac Ministro sperare valeamus.  
 Nam ecce! novissimè Lucae Evangelium  
 sex mensibus interpretatus sum, & ab o-  
 mnibus simul, qui me audierunt, XV.  
 tantum grossos accepi. Et nunc consiliò

*Reve-*



EPISTOLAR. MISCTAR. SINGULAR. 79

Reverendissimi Tuæ Aule Episcopi, GEOR-  
GII SPALATINI, *Cantica Canticorum* SALO-  
MONIS non sine magnis pro summâ Li-  
bri difficultate laboribus enarro; nihil o-  
minùs ab universis, qui me audiunt, nec  
minimum quidem auxilium habeo, nec  
me habiturum spero. Venient forsan  
brevis dies, quibus *Illustrissima Dominationis*  
*Tuæ* ærario definam esse oneri. Tibi  
soli nunc derelictus est pauper. Orpha-  
nos Tu eris auxiliator, inde à CHRISTO  
*Opt. Max.* veram & perpetuam Pacem ac  
Gratiam suscepturus. Servet ipse *Inlustris-*  
*simam Dominationem Tuam* nobis in æter-  
num. *Wittemb. Idâ Novembr. M.D.XXIII.*

*Clæ Dominationis Tuæ*  
*pauper Clientulus*

FRANCISCUS LAMBERTUS.  
XXIX.

*Clarissimo VIRO,*

GEORGIO SPALATINO,

Inviçtissimi Principis Saxonum Ecclesiastæ,

*Fratri in Domino,*

THEOBALDUS BILLICANUS.

*Gratia Tibi & Pax à DEO Patre & Do-*  
*minò JESU CHRISTO!*

**A**ttulit Bibliopola quidam, JUDOCUS  
BOS, honestus homo, & fidei, quod cõ-  
fi-



80                    *MANIPULUS PRIMUS*  
fitetur, in CHRISTUM synceræ, de MISSA  
Libellos Tuâ operâ in *Germanam* linguam  
tralatos, adhortatus, ne se pateretur sine  
meis ad Te literis abire. Ego verò, qui scri-  
bendo impiger, passim omnibus nego-  
cium faceſſo, perquam libenter morem  
geſſi. Quare, mi SPALATINE, in *Dominò*  
*Confrater*, hoc, quicquid est à Fratre pro-  
fectum, boni conſulas. Nihil est sanè,  
quod debeat displicere Tibi, cum Ami-  
co, tum Christiano. Principem habes  
in manu per ſeſe currentem, promoven-  
tem & CHRISTUM, & Rempublicam.  
Hunc, quod facis, per Dn. JESUM CHRI-  
STUM oro, ſic admone, ſic ad cende,  
concionibus, ut ſemel omnium, quot-  
quot usque Concionatorum agunt, Con-  
cilium *Norimbergam* ex *Decretò* Princi-  
pum convocet, Episcopis quoque ad e-  
andem Harenam confluentibus, ibique  
pro ſolenni more de rebus omnibus no-  
ſtræ Fidei confeſſionem publicam *docen-*  
*dò, instituendò, arguendò* concelebret ad  
judicandam purpuratam illam *Babylonis*  
*Meretricem*, ſi fortè huic Deus majore  
& fructu & indignatione poculum iræ  
ſuæ miſceat in ſalutem & redemptionem  
Animarum noſtrarum. Vale. *Nordlingæ*  
Annò M. D. XXIV.                    XXX.



EPISTOLAR. MSCTAR. SINGULAR. 87  
XXX.

*Piissimo Verbi DEI Ministro,*

Dn. Magist. GEORGIO SPALATINO,  
Viro candido & docto,

*Gratiam & Pacem à DEO per CHRISTUM!*

*C*oactus sum Tibi, *Venerande Vir*, ocys-  
simè scribere, eò quòd hic nuncius ex  
improvviso sese mihi offerret, cum sibi  
jam ferè esset abeundum, & ego homi-  
nem magis opportunum ad nostrum ne-  
gocium peragendum inveniri posse non  
crederem. Itaque *Tuae Prestantiae* mitto  
*Catalogum Librorum D. MARTINI* per Te  
digestum. Denique & meum mitto, cui  
non nisi paucissimi dati sunt Libellorum  
tituli, nempe *Apologetica Responsio* pro  
*Magistro JOH. EGERANO*, & alia nonnul-  
la. Vehementer autem desidero videre  
hanc *Apologeticam Responsionem*, de quâ  
me nunquam quidquam audivisse hacte-  
nùs scio. Fac ergo, ut habeam, & ego  
vicissim curabo, ut illam LUTHERI devo-  
tissimam habeas Informationem CHASE-  
LIO datam pro *Argentoratis* in *Re SACRA-*  
*MENTI*, vel illam consolatoriam Epistolâ  
LUTHERI ad BARTHOLOMÆUM STAREN-  
BERGENSEM scriptam, aut certè illam,  
quam ad *Eslingenses* meos dedit, vel aliud  
F quid-



quidpiam dabitur mihi scribendum, ut vices reddam Tibi. Sentio autem, ut scias, *mi SPALATINE honorande*, & sensi jamdiu, quò spiritu prodierint & prodeant *Libri & Epistolæ LUTHERI*. Hinc est, ut tantoperè coacervem mihi & recolligam undecunqve illius Scripta, tanquam Theaurum quòvis pretiò mundi inæstimabilem. Heïc nunquam & nusquam parco (licèt pauper sim) pecuniis, sed emo omnia, quæ possum. Quæ non possum emere, victò tædiò, manu propriâ scribo, ne quidquam hujusmodi sanctissimarum reliquiarum mihi depereat aliquid. Nec mirum. Novi enim ego tempus & seculum nostrum, novi *Heliam*, & unde nos illius operâ eripuerit Misericordiarum Pater, qui & adhuc nos fovet misericorditer voce Evangelii gratiæ suæ, ut non communicemus horrendissimis blasphemis *Sacramentariorum*, erepti ab impio cultu Anti-Christici Regni. Ille Te salutat, LUTHERUS inquam, per me. Nam labore fatigatus Declamationum Tibi scribere non potuit, potissimum tum ob hoc, quòd interim sese illi nullum obtulerit scribendi ad Te argumentum. Propositionibus *Heydelbergæ* disputatis, quas  
ma-



manu propriâ mihi scripsisti, gratias ago,  
 quas possum. Vix aliquô opere aliô po-  
 tuisses adeo vincere animum meum Tibi.  
 Habes ecce & ea per me scripta, quæ po-  
 stulâsti, duarum LUTHERI Concionum  
 themata. SEVERINO LEONIS non potui  
 scribere. Deerant tempus & ocium. Ne-  
 que M. EBERHARDO. Tu ergo me excu-  
 sabis, & utrosque nomine meo salutabis.  
 Vale. Ex domo LUTHERI Dominicâ Can-  
 tate ante cœnam octyus 1524.

MICHAEL STIFEL.

XXXI.

*Summâ Pietate atq; Eruditione VIRO,*  
 DN. GEORGIO SPALATINO,  
 Illustriss. Principis FRIDERICI, Saxoniz Ducis,  
 à Sacris,

*Amico suo summo & in Christo Fratri*  
*charissimo,*

NICOLAUS GERBELLIUS.

S. IN CHRISTO IHESU!

**E** Pistolam Tuam fide atque humani-  
 tate plenam recepi, gratiasque ha-  
 beo, Te inter tot occupationes, ut se-  
 nunc habent hominum Res, haud  
 dubie maximas, rationem mei habuisse.  
 Nam mihi, qui frigidioribus negotiis de-  
 terror, perraro tantum otii suffurari li-

F 2

cet,



cet, quô vel Tibi, vel cæteris Amicis, optimis fanè atqve eruditis hominibus promptitudinem Animi mei testari possum. Adeò nunc totus propemodùm Orbis confusus est, turbaturqve indies magis ac magis. Quid in causa sit, tute, me tacente, vides. Quorundam sceleratissimorum hominum mores, qui malunt sursum ac deorsum ferri omnia, quàm libidini atqve immodestiæ ipsorum imponi frena. Impudentissimi homines, qui nihil verentur in periculum deducere navem, in qua navigant & ipsi. Sed quid ego his animum Tuum exulcero? Ita placitum est Orbis Conditori. Cujus nobis voluntas pro Oraculo, pro sacra, ut ajunt, esse debet Aurora. Quàm varia, quàm confusa sint apud nos omnia, abundè referet Tibi is, qui literas Tuas mihi reddidit. Nam quòd nunc parcius ago Tecum, rationem Tui habeo, quem nolo meis nugis à severioribus avertere studiis. Tu interea, mi humanissime SPALATINE, felicissimè vale, & Tuis me omnibus commenda, maximè tamen LUTHERO & PHILIPPO. Argent. d. XXI. mens.

Augusti Annò M. D.

XXIV.

XXXII.



XXXII.

*Humanissimo & verè Pio VIRO,*  
**M. PHILIPPO MELANCHTHONI,**  
*Amico & Fratri suo in CHRISTO*  
*charissimo,*

NICOLAUS GERBELLIVS

S. IN CHRISTO JHESU!

**D**E his, quæ nobiscum aguntur, PHILIPPE, LUTHERUM feci certio- rem, sed breviter & carptim, ne amicissimi ho- minis otium nugis meis impedirem. Nam reliqua SECERIUS, veluti viva Epistola, copiosius Tibi denarrabit. CAROLOSTA- DIUS infami incendiô innumeros sanè in- teremit. In me nihil habet, nec habebit unquam, si CHRISTUS volet. Semper e- nim ab hominis Scriptis atque ingenio abhorruï, sive quòd cum meo pugnaret maximè, aut quòd à pueritia hanc admo- nendi duritiem oderim. Quanquam & si quis blandius mala doceret, id quod nonnulli comoliuntur modò; nunquam tamen mutatur<sup>9</sup> sum animum, quem mi- hi semel formavit simplex Scripturæ sen- tentia, quam tantò studiô admirabiliq; dili- gentiâ observâsse video LUTHERUM. Quã



ob rem nemo mihi unquam validius vehementiusque LUTHERO persuasit. In CAROLOSTADII sententia sunt, ut audio, magnæ æstimationis Viri, ZWINGLIUS & OECOLAMPADIUS, ex nostris nonnulli. Sed ut *Pontificum* personas depofui: sic me illorum ingentia Nomina, Vitæ sanctitas, quam plerique prætexunt Opinioni jam recens natæ, nihil prorsus movebunt. Eâ de re, quanquam sapienter & eruditè diseruerit LUTHERUS; tamen quia in eò nihil aliud, quàm dicendi acerbitatem, damnant hi, quos supra nominavimus, vellem & Te id oneris suscipere, & modestè, cùm id solùm requirant isti, Argumentum hoc tractare, ne quicquam postea, quod calumniarentur, etiam in speciem qui boni videntur, haberent; si tamen ex Evangelii dignitate, aut necessitate piorum hominum fore arbitraberis. Ego sanè cuperem & *Latinis* hominibus consuli, qui insanis hujusmodi opinionibus territi etiam ab his, in quibus rerum summa pendet, abhorrent. Sed hæc hætenus. SECERIUS gravem profectò jacturam passus est, quam, si potes, quæso, ne graveris consiliò atque labore tuò resarcire. Nocuit illi humanitas sua, Tu hu-  
ma-



ve-  
CA-  
ma-  
OE-  
Sed  
ne  
itas,  
jam  
t. Eâ  
dis-  
ni-  
da-  
vel-  
estè,  
en-  
stea,  
ciem  
n ex  
pio-  
Ego  
con-  
ibus  
um-  
ete-  
ctu-  
o, ne  
esar-  
hu-  
ma-

EPISTOLAR. MICTAR. SINGULAR. 87  
manitate succurras. Damnum attulit  
quorundam perfidia, Tu dexteritate &  
fide mederi potes. Vale, & me LUTHE-  
RO commenda, quem ardentissimè amo.  
*Argent.* ipsâ die Annunciation. Annô  
CHR. M. D. XXV.

XXXIII.

*Clarissimo VIRO,*

DN. SPALATINO,

*Domino suo & Amico incomparabili,*  
S.

**N**Eqve nihil sunt, neqve omnia, quæ  
de Prædictionibus naturalibus dixe-  
runt quidam: *Nonnunquam presagire vi-  
delicet animum alicui, si quid futurum est  
vel aduersi, vel prosperi.* Ego nunc de me  
periculum ipse facio, & qui ante menses  
aliquot divinabam LUCAM rediturum ex  
*Suevis* lacerum & implumem, togâ purâ  
donandum, siquidem potuerit istorum  
Lapytharum æqvô animô ferre pressu-  
ram, jam video verè lacerum, quem Cal-  
chotypi miserè vexatum semianimem  
domum remiserunt. LUCÆ EDENBECGII  
vicem doleo, qui tam accuratè meas *pa-  
padias* transcripserit, oleum & operam  
perdens. Desunt (enim) sententiæ ali-  
quot, quarum clausuræ sic decurtatæ, ut



me scriptiois & editionis pœniteat. Præ-  
 terea adempta est orationis & sententia-  
 rum lux, ordo. Sed quid augeo mihi ipsi  
 dolorem? Hæc meritò accipio pro insi-  
 gni mea stultitia, quoniam iis concredidi  
 ingenuum, qui semel omnem humani-  
 tatem exuerunt, *Suevos* dico, quiq; nihil,  
 præter meram barbariem & ferociam,  
 præ se ferunt. Tu pro Tuo candore per-  
 petuo & incredibili studio erga me acci-  
 pies gratò animò, quaecunqve est, quod  
 Tuo nomini consecravimus. *In magnis*  
*enim sepe voluisse sat est.* Nos parva vo-  
 luimus, parva obtigerunt. Gratum sit  
 Tibi hoc quoque. Vale & me Tibi com-  
 mendatum habe, Doctissime SPALATINE.  
 Dab. 17. Maji M. D. XXV.

JOANNES AGRICOLA, Islebiensis.

XXXIV.

*Doctissimo atq; Humanissimo*

D. GEORGIO SPALATINO,  
 à Sacris Concionibus Illustrissimi Principis Ele-  
 ctoris, Ducis Saxoniz, &c.

*Domino meo unicè observando,*

Spiræ.

Gratia Tibi & Pax à DEO Patre per  
 IHESUM CHRISTUM!

*Doctissime Preceptor & Frater in CHRIS-  
 TÒ charissime,* Ne-



**N**Ecessitas, immò fraterna charitas,  
 cogit me, ut vix Tibi nomine notus  
 audeam patrocinium Tuum efflagi-  
 tare. En! mitto ad Dilectionem Tuam  
 supplicationem ad Illustriss. Principem  
 ERNESTUM, Ducem Lunenburgensem,  
 quam quæso ei exhibeas, & ita interpre-  
 teris, ut sentiam, quantum Christiana  
 Charitas apud Christianum Principem  
 possit. Cùm redissem hyeme superiore  
 ex Saxonia vulneratus & nudus in Patri-  
 am, hoc Papistæ mihi in os objiciebant:  
*Tu profectus es in Saxoniam, ut Evangelici-  
 cam Veritatem disceres, & tam Evangelicos  
 ibi expertus es, ut etiam contra Evangelium  
 tua detineantur à Nobilibus, qui magnoperè  
 se de suscepto Evangelio jactitant.* Oro ita-  
 que, mi SPALATINE, ita agas apud Illu-  
 strissimum Ducem istum, ut habeam, quò  
 ora maledicentium verè obstruere pos-  
 sim. Opto Dilectionem Tuam unà cum  
 D. ISLEVIO, cæterisq; Fratribus in CHRIS-  
 STO perpetuò valere optimè. Rescribe,  
 quæso, & litteras mitte in domum Docto-  
 ris THEOBALDI, Medici, Comitis Palatini,  
 &c. *Dat. Wormatiæ 22. Julii 1526.*

*Ex animò Tibi deditissimus servulus*  
 GERARDUS NOVIOMAGUS.



*Eximie tum Virtutibus, tum Eruditione Clarissimo*

SPALATINO,

Illustrissimi Principis, JOANNIS Saxonis, &c.

à Secretis,

*Suo in CHRISTO,*

*Spiram.*

**I**N CHRISTO *Salutem!* Te verò, inclyte  
 SPALATINE, æternum, neque ullis secu-  
 lis interiturum decus perornat, evehit ad  
 Deos, conspicuumque universo Christia-  
 no Orbi reddit, quòd Tuâ curâ, sanctis i-  
 tem studiis, quæ divinus Spiritus tam san-  
 cto pectori Tuo instillavit, Evangelio, Di-  
 vi Principis, FRIDRICI, (cujus Manes in  
*Abrahæ* sinu jam nunc feliciter cubant)  
 temporibus, non fuerit impeditus cursus.  
 Utinam universi Principes multos ejus-  
 modi SPALATINOS foverent secum, tum  
 non usque adeò cornua sua passim *Anti-*  
*Christus* erigeret! Macte virtute, SPALA-  
 TINE, id sedulò conare, quod huc usque  
 strenuè perfecisti. Sic in cœlesti patriâ  
 unâ cum Christianissimis Principibus Tuis  
 immarcessibili coronâ decoraberis! Tu  
 jam similis Tui esto, Principem Tuum,  
 quod facis, nunc adhortare, ut in CHRI-  
 STO fortiter consistat, ne terreatur à por-  
 tis Inferorum, quas non cessaturas novi,

quin



*EPISTOLAR. MSCRAR. SINGULAR. 91*  
quin CHRISTUM & Verbum Dei in eo Con-  
ventu exturbent & conculcent. Quan-  
quam imbecillior est Satanus, quam ut  
hoc possit exsequi. O si, quod omnes avi-  
dè speramus, Comitia Pietati consulant!  
Sed utcunqve res ceciderit, nôrunt Chri-  
stiani Scripturam scrutandam, *Christi*  
Præceptoris sui edictô. Ea nunquam non  
Pietatem docebit. Sed ne Te pluribus  
morer. Qui has Tibi tradet, *Matthias Lym-*  
*pergius est*, qui superioribus annis apud  
LUTHERUM *Wittembergæ* egit, *Comitisqve*  
*ALBERTI à Mansfeldt* à concionibus fuit  
aliqvantò temporis. Homo est pius &  
eruditus, ἀμώμητος ἔχων ἀνεγκλητίας, quem Ti-  
bi ob affectum Tuum erga omneis Pios  
& Studiosos commendatissimum volo. I-  
doneus est prædicando verbo Dei, ad  
quod munus Tu illum velim promoveas,  
vel apud HESSUM, vel alium. Basileæ per  
integrum anni interstitium commoratus  
est, nec dum consilium DOMINI fuit, eum  
ibidem ad provinciam prædicandi verbi  
subeundam vocare. Tu, quæso, *Patrone*,  
effice, ut precibus meis apud Te locus sit  
relictus. Relucent in Te, ornatissime SPA-  
LATINE, virtutes illas, quas Pindarus Ode  
III. *Nemeonicar*, de Pancratiasta ARISTO-



CLIDE summas numerat, nempe

Ἐν παλαιῶν γένεσι, παῖς : ἔν

Δ' ἀνδρείων ἀνῆς : τρίτον

Ἐν παλαιότεροις

μέροσιν : - - &c.

Quæ & Te ipsum Principum (non injuriâ) loco sociant, & nemini non vel imâ de forte mitem & comem demonstrant. Quocircâ si de rebus etiam meis agam, scio, non iniquis auribus auscultaturum. Aliquot annos nunc apud Typographos diversatus sum. Conjux mihi honesta est. Bini dein liberi. Atque adhuc non sine summo animi mei angore in istis pistrinis hæreo. Parum datur juvare Musis. Oculi mei exhauriuntur, nec fanè pauca incommoda me indies ex officinarum difficilibus mancipiis cruciant. Quem statum omninò permutare, si DEUS non abnuerit, animus est. Rogo itaque TE per CHRISTUM, auxiliare mihi, ut alicubi vel in Hessiâ, vel ubi ubi restulerit, Juventuti erudiendæ, vel Græcæ Literaturæ Professioni præficiar. Quod si me Tuis studiis adjutum sensero, me haudquam ingratum experiere. Hæc Tecum amicè fabulari, amicissime SPALATINE, cordi fuit. De rebus *Argentinesibus* si qua

nôs-



*EPISTOLAR. MSCTAR. SINGULAR.* 93  
nôsse desideras, ex *Matthia Lympergio*  
audire poteris. In CHRISTO vale, Litera-  
rum Decus, Studiosorumqve Mœcenas!  
*Argentorati ex ædibus Cnoblochi Typogra-*  
*phi, Annô 1526. Septimâ Augusti.*

*Tuus*

JOHANNES LONICERUS.  
XXXVI.

*Optimo ac Doctissimo VIRO,*

DN. GEORGIO SPALATINO.

*Patrono suo,*

*S. P.*

Cùm Dn. PAULUS, verè, quod ille ait, in-  
teger vitæ, scelerisqve purus, ad Vos  
proficisceretur, committere nolui, ut ille  
sine meis literis ad Te veniet. Quàm ve-  
rò optimi Viri discessum molestè feram,  
vel hinc cogitare potes, tum quòd fami-  
liarissimè unà iisdem in ædibus vixeri-  
mus, tum quòd illum, tanquam Paren-  
tem, observare semper solitus sim. Sed  
ita in rebus humanis comparatum est, ut  
nullum gaudium sit perpetuum. Porro  
jampridem eram Tibi scripturus, nisi  
PAULI ad vos profectionem expectâssem.  
Tua enim in me & vetera & nuper colla-  
ta beneficia sedulò monent, ut aliquam  
Tibi gratiam, si re ipsâ minùs, vel ver-  
bis



bis saltem reponam. Sed quid facias, cum nulla testificandi animi occasio obferatur. Cæterum non videbatur operæ pretium, ut Illustrissimo Principi nostro, tot modis nunc occupatissimo, pro istis libris, quorum Tu indicem mittebas, supplici libellô negotium exhiberem. Nam ego plures & alios speraveram in civiles Leges Commentatores. Sed pro Tua illa in perquirendis istis Libris diligentiam immortalis Tibi gratias ago agamque, dum vivam. De totô studiorum & rerum nostrarum cursu PAULUS coram. Vale felicissime, *Doctissime* VIR, unâ cum suavissima Coniuge. Dab. 9. Cal. Junii A. M. D. 27.

T.

GEORGIUS MAJOR.  
XXXVII.

*Reverendo VIRO,*

DN. ANTONIO LUTERBACHIO,

Ecclesiæ Pirnensis Pastori,

*Amico suo & Fratri,*

G. & P.

EXpecta Dominum, viriliter age, mi M. ANTONI. Si nulla esset tentatio, quæ exerceret fidem Christianorum, Tu cogita: Quid futurum esset de Christianis securis, ociosis, voluptuariis? Nam idem, quod



quod de Papatu factum. Cùm igitur Tentationes sint Rhabarbarum, Myrrha, Aloës & Antidotum contra omnes vermes, saniem, putredinem, stercus Corporis hujus peccati, sequitur, non esse contemnendas, nec pro nostro arbitrio petendas, vel eligendas, imò suscipiendas, cujuscunque generis. DEUS nobis inferri voluerit, ut, quæ, quales & quantæ sunt, nobis sint utilissimæ & commodissimæ. Quare & Tu fortis esto, & cogita, si omnino (sicut verum est) ferendæ sunt tentationes, feramus istas potius, quam peiores & graviores, sive & fertò, quicquid contrarium & Papistæ moliuntur. Nec tamen omittas agere, scribere, supplicare & omnia tentare apud Principem & ubicunque opus est. Quis scit, quando bonam horam DEUS dabit, ne tunc inveniamur, nos fatigatos fuisse & cessasse Diabolo, infatigabili hosti, & tunc ferò nostri nos pœniteat & nostræ molliciei pigeat. Ita de tua Matre nihil Te metueres. Ora pro ea indefinenter & satisfacisti. Certè bonum non esset, si omnia mox & in præsentì fierent, quæ cupimus, aut petimus. DEUS melius prospicit nobis. Videmus, quàm stulta sunt, quæ in præ-

præ-



præfenti casu petimus. De Turca nihil  
 novorum habemus, nec de Nostrorum  
 expeditione. In *Belgico* Cæsar publicò E-  
 dictò vetuit severè in *Lutheranos*. In *Gal-*  
*lia*, cùm Pax fuisset, paulatim irrepserat  
 Evangelion per Libros invecos. Id cùm  
 resciscerent Monachi Sophistæ, Parla-  
 mentum ita furere instigârunt, ut quin-  
 quaginta exusserint, sed cum tanta indi-  
 gnatione hominum, ut ne tumultus &  
 seditio fieret *Parrhisus*. Rex sit coactus  
 interponere manum & indignationem  
 compescere. Episcopus Coloniensis in-  
 cipit facere mutationem Abusuum in sua  
 Diœcesi. Benedictus DEUS, qui Evangeli-  
 um suum glorificat, ut, si nostri conter-  
 ranei *Bethsaiditæ, Corazinite, Nesarethitæ*  
 non acceptant Prophetam in Patria sua,  
 acceptent ipsum *Samaritæ & Mulier Ca-*  
*nanea*, &c. Pergamus tamen prædicare  
 & tolerare. Est merces operi nostro, nec  
 in vanum laboramus. In DOMINO vale,  
 & simul ora pro me, ut bonâ horâ aliquâ  
 obdormiam. Cursum consummavi, Fi-  
 dem servavi, Certamen certavi, quorum  
 pro mea mensura mihi donatum fuit. Sa-  
 luta Tuam ELISABETHAM. Salutatur Te  
 mea Domina KETHA & omnes nostri.  
 Scri-



*EPISTOLAR. MSCTAR. SINGULAR. 97*  
Scribeb. Dominic. post *Reminiscere* 1542  
T.

MARTINUS LUTHER.  
XXXVIII.

*Reverendo VIRO, Eruditione & Virtute prestanti*  
DOMINO ANTONIO LUTERBACH,  
Pastori Ecclesiæ DEI in Oppido Pyrna,  
*Fratri suo carissimo,*

S. D.

*Reverende VIR & carissime Frater,*

**Q**vanquam Tuis colloquiis delecta-  
mur; tamen boni consulimus, quod  
hibernô tempore non suscepisti  
iter. Sed ut legere Orationem tunc re-  
citataam possis, exemplum Tibi mitto.  
Scio Tibi non invavem lectionem fore  
Historiæ PONTANI, cujus Eloquentiam  
& Virtutem laude dignam esse verissi-  
mum est. Meus Gener Doctor CASPAR  
ad ægrotantem Patrem profectus est.  
Dux *Pomeraniæ*, PHILIPPUS, mense pro-  
ximô ex hac mortali Vita ad cœlestis Ec-  
clesiæ consuetudinem discessit. Preca-  
mur autem DEUM, ut gubernet ejus Fi-  
lios, ut Patris Pietatem & Modestiam imi-  
tentur. Hæc cum scriberem, Dux SAXO-  
NIÆ Elector nondum ex *Marchia* redie-  
rat, quem ut DEUS protegat & guber-  
net.

G

net



net, precor. In *Pannonia* adhuc sunt in-  
duciaë, sed *Turcicus Tyrannus* petit, ut  
*JOHANNIS Transylvani Filius Constantinopolin*  
veniat, quod is facere recusat, me-  
tuens multa vetera exempla. Bene vale.  
Cal. Martii 1650.

PHILIPPUS MELANTHON.

XXXIX.

*Sanctissimo ac Beatissimo in CHRISTO Patri & Domino,*

DOMINO PAULO QUARTO,

Divinâ providentiâ sacro-sanctæ Romanæ ac uni-  
versalis Ecclesiæ summo Pontifici,

*Domino Clementissimo,*

**S**ANCTissime ac Beatissime Pater & Do-  
mine, Domine clementissime, Post  
humilem mei Regni & Dominiorum  
meorum commendationem, quanta sit  
& quam illustris Vestræ Stis. in admini-  
stranda Ecclesia Reque publica Christia-  
na cura atq; sollicitudo, si commemora-  
re vellem, sanè vererer, ne re omnibus  
cognita perspectaque prædicanda auri-  
bus Stis. Vestræ viderer servire! Verum-  
tamen ita se res habet, testatum esse apud  
omnes, non solum nullum, nullum un-  
quam summum Antistitem, si quid us-  
quam inclinaret, sapientius providisse,  
verum etiam promptiorem & paratio-  
rem



rem ad auxilium ferendum fuisse nemi-  
nem. Quô nomine non tam extollenda  
est Stis. Vestræ Virtus atqve Pietas, quæ  
ad summum jam pervenit, quàm gratiæ  
illi agendæ immortales. Neqve dubitan-  
dum, quin Stas. Vestra perpetuo suo in-  
stituto ac voluntati in eos, qui Clemen-  
tiam illius implorent, sit responsura. Ea  
igitur de causâ potissimum adductus sum,  
ut à Sanctitate Vestra peterem, cùm hoc  
tempore Livonia tota, in quâ est Archi-  
episcopatus Rigensis, in summo verse-  
tur periculo, & armis Moschorum Ducis,  
dominandi libidine inflammati, urgea-  
tur, quo Stas. Vestra Christianam illam  
Ditionem benignitate suâ sublevet atq;  
recreet. Quam ad rem nihil est æqvè  
commodum & opportunum, atqve ut  
Stas. Vestra Ill. Domino CHRISTOPHORO,  
Duci Megapolensi, electo Archiepisco-  
patûs Rigensis Coadjutori, confirmatio-  
nem benignè concedat. In quo tantum  
est positum, ut multi Principes tum san-  
gvinis vinculo, tum necessitudine con-  
iuncti, cum ipsius Archiepiscopatûs peri-  
culo, tum necessarii sui discrimine per-  
moti, aut ipsi coram ad propulsandum  
hostem sint adfuturi, aut auxilia submis-



furi. Qvi eo est illi Provinciæ terribilior, quòd ad externam formidinem intrinseci quoque motus atque perturbationis metus accesserit. Nam cum Ill. & Reverend<sup>9</sup> Dominus WILHELMUS, Marchio Brandenburgensis, Archiepiscop<sup>9</sup>, & ætate sit provectâ & gravi atque affectâ valetudine, si quid illi humanitus acciderit, nullò certò successore relictò, non magis essent domi, quàm foris res tutæ ac pacatæ anticipitque periculo distracta Provincia nullo negotio in hostis veniret potestatem: & quidem in ejus hostis, qvi neque religionis Christianæ sedem agnoscit, neque Stis. Vestræ nutum reveretur. Quod ne eveniat, Stis. Vestræ atque totius Christianæ Reip. permultum interest. Proinde Stem. Vestram oro, ut cum Dignitatis suæ, tum illius Provinciæ salutis procurandæ causa Ill. Dominum CHRISTOPHORUM, Ducem Megapolensem, Coadjutorem Archiepiscopatus Rigenfis esse jubeat, & illum defensorem & propugnatores illius Provinciæ constituat. Quod quidem eò benignius & liberalius majoreque ac planè paternâ indulgentiâ Stem. Vestram facturam non dubito, quo magis intelligit, unâ cum vitæ discrimine

res



*EPISTOLAR. MSCTAR. SINGULAR.* IOR  
res etiam atqve fortunas, quibus jam est  
penè exhaustus, illi ad præsidium Archie-  
piscopatûs, in tam præsentî periculo, es-  
se conferendas. Ego verò id etiam meis  
partibus & comendationi tributum esse  
existimabo, eroq; ad cætera summa in me  
Stis. Vestræ benevolentia testimonium hac  
quoq; voluntatis significatione obligatus,  
cui cum diuturna valetudine omnia se-  
cunda opto contingere. Datum *Pyothro-*  
*covia* in Comiciis Regni 1. Februarii An-  
no Domini M. D. LIX. Regni mei XXX.

*Ejusdem Stis. Vestra*

*obsequentiss. filius*

SIGISMUNDUS AUGUSTUS, Rex

Poloniae, manu ppâ. st.

XL.

*Reverendo & Clarissimo VIRO,*

DN. JOH. CONRADO MOHR,

Gallicanae Ecclesiae, quæ CHRISTO colligitur

*Frankofurti, Pastori vigilantissimo,*

*Fautori, Amico & in CHRISTO Fratris*

*honorando ac amando,*

Frankfort.

Salutem à Jesu, Salutis fonte!

*Reverende & Clarissime Dn. MOHR, Fautor,*

*Amice & in CHRISTO Frater honorande ac*

*amande plurimum,*

TRANSIT per Vos, Vir Juvenis eruditio-

G 3

ne



ne ac pietate nobis commendatissimus,  
 Dn. GEORG-MATTHIAS KOENIG, Dn.  
 D. KOENIGII, Altdorfini Professoris ac  
 Pastoris, filius unicus, qui sanctè haec-  
 nùs nobiscum & inculpate vixit, adeoq;  
 omnium Bonorum favore dignissimus.  
 Is à me rogavit has ad Te commendatiti-  
 as, qui vel ipsò primore aspectu se Tibi  
 probabit. Redibit in Patriam, & fortas-  
 sis, ut in itineribus fieri solet, inopinata  
 ope habet opus. Cui si quâ re (ipsâ eti-  
 am necessariâ pecuniâ, vel ad Mercato-  
 res commendatione) opitulari poteris,  
 ut id facias non ingrato ac immemori  
 beneficiorum futuro, etiam atque etiam  
 rogo. Acerba ad nos ac ingrata venit  
 fama de Dn. D. FETZERO, tanquam in la-  
 trones incidisset. Sed audimus ac gaude-  
 mus dispalluisse illam famam. Ut se res  
 nostræ habeant, quâ Fori, quâ Poli, ipse,  
 qui has affert, narrabit. His unâ cum  
 Tuâ & Tuis beatissime vale. Dabam ra-  
 ptim Argentorati d. XXVI. Mart. Aô,  
 1650. M. DC. XXXIX.

*Tuus totus*

JOH. CONRAD DANNHAUER, D.  
 Prof. & Ecclesiast.



DE-



DECAS singularis EPISTOLARUM singu-  
larium, quæ annô ac nonnunquam die, quô scri-  
ptæ, non sunt notatæ, & propterea *separatim*, &  
sic *extra ordinem* superiorum APPENDICIS  
locô positæ, aliôqve caractere im-  
pressæ.

\* \* \*

I.

Ornatissimo VIRO,

DN. M. SPALATINO,

*Suo amicissimo, dentur in manûs.*

S. P. Rogo, mi SPALATINE, facias mihi hóc mane  
Epistolam brevem ad MAGISTR. VITUM, peten-  
dô, quòd ipse admoneat Patronum suum, ut am-  
plius non differat imprimere *Physicam nostram*,  
quoniam agrè carere in hac Universitate eâ nos  
oportet. Scholastici enim nihil habent, quô uti  
possunt commodè. Quapropter Patres, magnam  
molestiam sæpissimè mihi parientes, arguunt me  
negligentiæ & incuriæ, quoniam ex me penderet  
id negotii. Potest facere, uti speramus, absque  
damnô suô. Solvemus enim 300. Exempla, & fa-  
ciemus, ut reliqua cum lucrô vendat. Materia  
enim penitus nova. Undè, qui illam minimè ve-  
lit solvere, barbarus sit. Etiam si quâ adhuc ha-  
beat *Exempla quedam Logica*, poterit illa facilius  
vendere. Omnes enim, qui à nobis emere quid  
quærent, cupiunt studiosè habere cum Logicâ  
Physicam. In hunc modum & meliorem illi hoc  
persuadere potes, remqve meam commendare.

G 4

Idem

DE-



Idem Bibliopola venalem habet *Ptholomeum in literâ Venetâ & Papyrô subregali*, ut appellant. Effet decori Bibliothecæ Vestræ, Quod volui ex bona & sincera mente Tibi significare, Feliciter vale.

Tuus

MELLERSTADIUS.

II.

MUTIANO R.,

Sacrorum Decretorum Doctori, rectorumque  
Studioforum Adsertori sapientissimo,

S.

Τῶν ἀγαθῶν τὴν μνησκίαν σοὶ μὲν εὐχαμα!

MUTIANE humanissime,

Literas Tuas heri inter cenandum accepi non sine singulari reverentia. Quis enim eas non suspiciat, quæ sunt & Latinissimæ, & citreum leporem commistum olent? De acri illô Oratore rogas, qui hesternô die in *Fratrûm sanctulorum* mores invecus est, Is Doctus MARTINUS est, quô cum *Erphurdii* perquam familiariter vixi, nec parùm auxilii bonis in Literis olim mihi attulit. Eum, ipsum, ut APOLLINEM, SPALATINUS noster veneraturque, & consulit. Dictionem ejus fucô vacantem (quem ex industriâ fugit) mitto unâ cum nostra. DEMOSTHENIS autem lucernam in neutrà reperies, quippe quòd nostrum uterque lectionibus *Wittenburgi* adeò disturbatur, ut vix respirare liceat. Cras fortè, si commodè possum, abibo. Literas igitur ad *Wittenburgium* representandas exarato. Nostras etiam Oratiunculas, quas nondum



dum transcripsimus, posteaquam perlegeris, remittito. Vale. Dùm licet, me ad Tuam tranquillitatis domum conferam. Properiter die *Divo SIGISMUNDO* sacrò.

LANGUS AUGUSTINIANUS.

P. STAUPITIUS noster *cras horâ circiter sextâ pro concione vulgari dicet.*

III.

Verbi divini Præconi invictissimo,  
**MARTINO LUTHERO,**  
*Fratri & Amico dilectissimo,*  
 ULRICHUS HUTTENUS.

*Sal.*

**M**isertus profectò fueris, si videas conflictationes hîc meas. Ita est lubrica hominum fides. Dum nova auxilia contraho, desciscunt vetera. Multa quisque metuit, multa causatur. Impri-  
 misterret homines superstitio, quâ inditum animis est, adversari ROMANO PONTIFICI; etiamsi iniquissimus & sceleratissimus si sit, facinus esse in-  
 expiabile. Connitor tamen, neque unquam cedo adversis. Omnium solus constantissimè nos tuetur FRANCISCUS, quem tamen nuper vacillare penè coegerant, qui monstrosa quæpiam illi, quæ Tu scripsisses, sed nunquam, arbitror, scripsisti, per-  
 svaserant. Quod ubi comperi, statim officii arbitratus sum esse mei, id conari, ne tantum nobis præfidii occuparetur ab adversariis. Effeci hoc legendo Tua, quæ ille paucissima admodum antè vix degustaverat. Primò statim ut docilem,

G 5

quan-



quantum meâ fieri potuit facultate, reddidi, cepit  
 arridere illi negotium, paulo post ut vidit, quô Tu  
 ex fundamento, quam molem extruxeris, hæc au-  
 det, ait quispiam, convellere, aut, si ausit, pote-  
 rit? Paulatim magis ac magis incendi animum.  
 Adeò ut jam ita deditum nobis habeam, ut nullam  
 finat præterire cœnam, quin aliquid Tuum, aut  
 meum audiat. Est autem acerrimi homo iudicii,  
 & quô Tu sine literis doctiorem videris neminem.  
 Tum quæ facundia, ut quodque accipit, efferen-  
 di & amplificandi? Meliorem hæc in re assertorem  
 & aptiorem invenire non poteramus. Atque igi-  
 tur sunt, qui invertere illum nobis conentur ma-  
 gna adfiduè opere. Sed non pervalituros certò  
 scio. Ita perspectam habeo hominis fidem. Quin  
 etiam cum ab Amicis quibusdam & Necessariis  
 tentaretur paucos ante dies, ut tanto in dubio po-  
 sitam causam desereret, pertinacissimè restitit,  
 causam se minimè dubiam tueri affirmans. Nam  
 CHRISTI esse & Veritatis. Prætereà Reipubl. Ger-  
 manæ competere, ut nostra accipiantur monita,  
 etiam ut defensetur Fides. Nolo tamen latere Te,  
 LUTHERE, authorem fuisse eum, quô ne aliquid in  
 hunc usque diem manu fecerim, sed eo consilio,  
 ut quantum diutiùs contineam me, tantò favoris  
 plus accedat causæ, tantoque magis insolescant  
 adversarii, putantes victum & mole oppressum,  
 meâ. Sequutus sum monitorem amicum. Interim  
 & apud Cæsarem egit causam meam, qui illi pro-  
 misit, non passurum se opprimi me, neque indictâ  
 cau-



causâ, damnaturum. Jam hoc agitur, ut expectemus, proximô Conciliô quid statuatur. Existimant omnes, de nobis tractatum iri magnis etiam concertationibus. Quod videbimus, quale futurum sit. *Tu Te confirma, & constanti animô Veritati adhare.* In Cæsare tamen spei admodum est parum. Habet enim Sacerdotum circa se magnos greges, atque illorum quibusdam est obnoxius etiam, qui omnes ætate ipsius abutuntur ad consilia nunquam ipsi profutura. At *Francisci* opera solida est. Quamquam & Cæsarem existimat ille hoc Principum Conventu intellecturum tandem, quid tribuendum sit infidis Pontificibus. Et futurum nonnulli arbitrantur magnæ inter utrumque infensionis hõc tempore initium, ubi suum officium FRANCISCUS faciet. Potest apud Cæsarem valdè multum. Sed opportunè aggredi parat. Quibus de rebus satis. Mitto *Bullam DECIMI* à me, quantum brevissimo per CHRISTUM tempore & diebus admodum paucis fieri potuit, sugillatam aliquot locis. Ajunt & Te scripsisse, quod non magis vidi, quàm alia, quæ narrantur circumferri. Quod miror, ad me cur non mittas statim Tua, cum possis habere, qui ad FRANCISCUM perferant multum facilè. Scribitur & *DIALOGUS BULLA* mihi, festivitate arbitror non inurbanâ. Quem, editus ut fuerit, accipies statim. Simul *SECULARE BRACHIUM* tracto. Exclamavi & in *Tuorum librorum incendi-um*, Versibus *Latinis & Germanicis*. Utrosque mitto. Item *Poëma Germanicum*, propter quod nullam

lam





lam satis pœnam arbitrantur Sacrifici, quâ plectar.  
 Ita ferunt omnes honestatis limites egressum me.  
 Qvod CHRISTUS iudicet, quid Reip. suæ profu-  
 turum sit, quâ viâ bismalis mederi oporteat. Illi  
 quidem diu iam damnatum pronunciauerunt. Sed  
 spero absolvi à DEO, quos ipsi damnauerint. Ar-  
 serunt Tua jam ter. Quid tum? Igitur à nostris  
 partibus discedunt homines? Imò verum scribo  
 Tibi, LUTHERE, magis incensa multitudo est, magis-  
 quæ inflammata. Tantum illis profuit, unam at-  
 que alteram cartulam exustam curare. Quin eti-  
 am parùm abfuisse, *Moguntia* ut lapidibus obrue-  
 retur ALEANDER, Amici scribunt. Quâ de re quan-  
 dam statui edere satis prolixam Epistolam, in quâ  
 rem totam sum complexus, ut in illo incendio suc-  
 cesserit eis. Tuum nomen apud omnes hîc vene-  
 rabile est. Quid agatur istîc, facies opere preti-  
 um, si sopiosissimè huc perscribas, & quid in quô-  
 que spei sit, quid liberè quisquæ audeat. SPALAT-  
 TINO scripseram, *Principis* animum ut exploraret,  
 mihi quæ quantum liceret, eâ de re perscriberet.  
 Scire enim cupio, quid in ipso præsidii sit. Non  
 Tibi enim jam hoc habere cognitum videor, sed  
 iis etiam, qui manum opponere & arma huic ne-  
 gotio volent. Qvod insta & ipse, oro Te. Nescis  
 enim, quantum futurum sit in rem nostram, si vel  
 auxilio ipse armatis esse velit, vel connivere ad  
 pulchrum facinus, hoc est, ut nobis liceat intra  
 suam ditionem quærere diverticula, si quando res  
 poscat. Ipsum hoc ubi resciero, statui aliquandò  
 in-



invisere vos. Nam diutius videor continere me non posse, quin, ut videam Te, quem sic ob virtutem amo, advolem. Hæc celeriter. Nam diligentem esse non licuit, cum properarem. FRANCISCUS amicissimè salutat Te, jubetq̃ve esse salvum & sanum, etiam animò auctum. Et Tu ex me vale, *Frater carissime atq̃ optime.* Ex Ebernburgò V. Idûs Decembr. Saluta PHILIPPUM, SPALATINUM, FACCHUM & omnes nostros.

PS&t. *Quia suspicatus sum Scripta mea curaturum Te denuò istic edi, mitto exemplaria emendatiora, unde describantur per Notarium. Rescribe ocysimè & copiosè. CAPNION huc veniet propediem. Ita facturum rescripsit FRANCISCO. Prædicatores trepidant. Videbimus rei eventum.*

## IV.

Doctissimo

## MUTIANO RUFO,

Decretorum Doctori, Canonico in Gothâ.

**L** *Aurus, Ebur, Plectrum, Phœbéos Fama Poëtas  
Laudat, & æternum tollit in astra decus.*

*Inter Teutonicos specimen, laus, gloria Vates,*

*Unus habes Famae nomen honosq̃, bonæ,*

*Plurima victrices mittens in secula Lauros,*

*Quàm lepidò doctus plectra canore moves.*

*Vivat honosq̃, nomenq̃ Tuum, doctissime RUFFE,*

*Te decet æternò Laurus honore virens.*

*Grandisonò ore tonas, Tragicos tua Musa cothurnos*

*Induit, Aoniâ tempora tecta comâ.*

*Grandia verba canis. Juvenes miramur inerteis.*

*Thracia nunc nostræ plectra verentur aquæ.*

Valda,



Vulda, Lanus, Rhenus, patriæ laus Ædera terræ,  
Te Duce, Castalias ejaculantur aquas.

Magna canis, Puerum quæ vix decuisse putâram,  
Quale canis Puer, Cygne canore, rudi.

Quale canam? Cygno concedat rana canenti.

Marsian Aoniâ vicit Apollo cheli.

Hestia Te genuit felici sidere tellus.

Nunc fovet electo Thuria terra sinu.

Hestia devictô celebris velut hoste triumphat.

Sic Te Phœbéâ Vate superbit ope.

Letitiâ reris, quô sim inflammatus amore,

Quum tuus in nostras venit Apollo manus.

Non adeo Macedum Regi placuere, PHILIPPO,

Quæ solâ excepit nuncia trina die.

Non adeo forti placuit Bryséis ACHILLI,

Non adeo TRIVIÆ cervæ cruenta Deæ,

Quam formosa Tuo placuit Tua Musa Eobano.

Diî tales semper ducite queso dies.

Culmina PARNASSI mihi raptus ad alta videbar.

Talis in ardenti pectore fervor erat.

Est furor, est animus tumidis animosior Euris.

Sum Puer; at vires mens puerilis habet.

Te renuente, novos capiunt mea corda furores.

O ego si sacri gloria fontis ero!

Hesse Puer! gaude, RUFFO placuisse videris.

Nunc placet en! Clario barbara vena DEO.

Hesse Puer! gaude, doctus Tua carmina RUFFUS

Laudat, & ingenii parvula dona Tui.

Hesse Puer! gaude, quem laudat Delphica turba,

Te stupet & nomen tollit ad astra Tuum.

Vive,



*Vive, Decus Phœbi. Tibi sint felicia semper  
Numina. Sint vitæ fata secunda Tuæ.*

Ex Erphordia

EOBANUS Hessius Francobergius.

V.

Ad GEORGIUM SPALATINUM,

Eximium Philosophum & Pastorem Al-  
denburgium, &c.

*Amicum meum fidissimum,  
In Arce Wittenburgia.*

**S.** Renuncio Tibi, mi suavissime Præceptor, SPA-  
LATINE, quod maximè omnium expetis, libe-  
rum Te perpetuò fore ab omni *Hecubæ* adpellatio-  
ne. Illa enim hodiè, interprete *Hamreicò* fratre,  
(nam ego mihi ejus colloquium interdixi) signifi-  
cavit mihi, scripsisse ad *Jurisconsultorum* ACHIL-  
LEM, ut idiographon tuum remittat, apud fratrem  
deinceps custodiendum. Quod si Te interpella-  
verit Dn. *Præpositus*, (verba scilicet mihi dante  
ULYSSE stolatò) porrigito ei legendam hanc Epi-  
stolæ meæ partem, dicitòque, quicquid id est au-  
ri, mihi deberi, quod ipsa de meo alio loco plus-  
quam XXX. æris, ut dicitur vulgò, sublevaverit.  
Et si mihi scribenti fidem dare noluerit, dabis ad  
fratrem literas, qui mandatò meò (quod ex Tripo-  
de dictum arbitrabare) parabit Tibi *Alcedonia*. Sed  
cur ad *Hamreicum* scribere Te jubeo? Nempe  
quia ego domo abero. Ad proximum namque  
diem *Martis*, equò conscensò, *Italiam* petam, Juri  
& juxta Eloquentiæ daturus operam. Tu si quan-

dò

*Vive,*



do labrum calicis lambis, commenda iterum nostrum Servatori hominum. Ego Tibi ex omnibus meis necessariis commendo fratrem, quem ut vicissim quoque, si adsit occasio, (aliàs enim nolim) *Divo Friderico & Admissionali* DEGENARDO commendes rogo. Non poterit ei non prodesse commemoratio Tua. Tu, mi jucundissime Frater, valeas optimè, & me ames. Raptim ad Eidus *Augustas*. Si Tibi in manûs venerint ad *Eobannum* meæ literæ; cura, ut perferantur. *Langum* nisi plurimum Tibi dilectum scirem, hortarer, ut amares. Sed ineptit, qui currentem incitat. Iterum vale, & hoc extremum vale, vel certè quasi extremum habeto, Salve.

PETREJUS APERBACCHIUS,  
æthernum Tuus.

VII.

*Suo* GEORGIO SPALATINO,  
Illmi. Principis FRIDERICI Saxonum, &c. Ducis  
Electoris, Capellano primario plurimum  
observando.

**C***Larissime Vir*, non dubito, Te in eoloco, quò versaris, ad omnes horas esse occupatissimum. Hæc sunt dona, privilegia, & (ut ita dixerim) gratiæ & maxima munera eorum, qui sequuntur curias maximorum Principum. Hoc expertus scribo. Sed quòd ego totiens petii colloquium Tuum, non Te terreat, quia alia me non moverant, quàm negotia Philosophica & confabulatio fraterna. Ideoque, si placet, ire pro solatio ad diversorium meum, vel nunc, vel post horam unam, duas,



as, aut tres, præstolabor te heic. Si veneris ad  
cœnam, quæ Tibi exhibebitur, Philosophicam, e-  
rit mihi gratissimum. Vale, & dum volueris,  
veni saltem pro exonerandis curiosis, aut, si ma-  
vis, laboriosis negotiis. Raptim d. XVI. Augu-  
sti ad horam ferè primam.

T.

JO. VIGILIUS.

VII.

*Venerabili ac Præstanti Viro,*

**DN. GEORGIO SPALATINO,**  
Humanioris Philosophiæ Magistro,  
*Amico candidissimo.*

**S**alve, Humanissime mi GEORGI! Gratissimum  
Te esse Clarissimo Principi Tuo admodum gra-  
tulator. Literas & Tuas, & *Vigilii* nostri ita accepi,  
ut ab amicissimis oportuit. Ceterum præsentium  
exhibitor ad nihilum utilis, quàm legendam fortè  
Missam, ut suis utar verbis. Commendatitias à  
me petiit. Si fortè istic conductitias quasdam  
Missas vacare contigerit, huic, si idoneum judi-  
câris, tantillum impendas opere rogo. Vale,  
& me, ut soles, ama.

*Tuus*

EMSERUS.

VIII.

**GEORGIO SPALATINO**  
S.

**L**ibellum COCHLEI tantum vidi apud SABINUM,  
qui illum ex *Francofordiâ* secum attulit, sed a-  
cephalum. Et quia in prioribus paginis videba-

H

tur



tur aliquid seriò velle dicere de SYNODIS, ideò me-  
cum domum accepi, sed statim prolabitur ad im-  
pudentissima ac scurrilia convitia tam contra  
D. MARTINUM, quàm reliquos. Itaque statim  
abjeci librum ac SABINO reddidi. De Te nihil  
legi. Non enim eò usque progressus sum, sed  
*Sabinus* mihi retulit, Te etiam notari. Ego me  
Tibi commendo.

JA, MILICHIUS.

IX.

CL. Viro,

DN. M. LAURENTIO RHODO-  
MANNO,

*Amico meo colendo, &c.*

**L**ocus est in *Genesi*, V. CL., ubi *Josephus* præcipit  
*ἐν τῷ φρασαῖς*, ut Parentem suum JACOBUM vitâ  
functum ungant. Hic quænam vox *Hebræa* Græ-  
cam videl. *ἐν τῷ φρασαῖ* referat, vel denotet, per-  
cupio scire. Causa Tibi nota est. Quare Te  
rogo, ut mihi hac in re gratificari, & vim istius  
vocis significare velis. A DN. M. PISCATORE,  
hujus linguæ peritissimo, hoc peterem, sed nulla  
mihi cum illo familiaritas, aut notitia intercedit.  
Quod si Tibi otium non fuerit, oro rem M. PISCA-  
TORI deferas, si fortè post nuptias nostras ipsum  
de hac re convenirem. Sed spero tamen, Te tan-  
tum laboris amicitia nostræ gratiâ suscepturum,  
ut ipse mihi vocem hanc indicare possis. Vale.

T.  
JOAN. KIRCHMAN.

X. *Præ.*



X.

*Prænobili, Clarissimo, Excellentissimoque*

VIRO,

DN. JO. THEODORO SCHENCKIO,  
Utriusque Medicinæ Doctori & Pro-  
fessori longè celeberrimo,

*Domino meo observando.*

Jenæ ad Salam,

*Prænobilis & Clarissime VIR,*

**S**ummâ animi mei voluptate legi *Libellum* de MO-  
SHO, à Tua eximia Eruditione in lucem editum; in  
quo sanè, sive methodum raræ Eruditioni junctam  
spectes sive peritiam exoticorum Idiomaticum, Auto-  
rumque, quos allegas, multitudinem & varietatem, nil  
reperi, quod non insignem eximiamque Mentis Tuæ o-  
pulentiam redoleat. Congratulor itaque TIBI de hoc  
insolito ingenii tui à divina Bonitate Tibi concredito ta-  
lento. Quod ut in posterum tum ad Reipubl. Literariæ  
emolumentum, tum ad Nominis Tui immortalitatem  
excolas, conulo. Quòd verò me mea que supra alios  
aliquid esse putes, atque ideo tenuitatem meam insolitis  
extollas encomiis, id non tam meæ, quàm semper exi-  
guam fuisse novi, Eruditioni, quàm Tuo cumpr mis Af-  
fectui facilè adscripserim. Ne tamen iis quæ à me  
contendis, refragari videar, curabo, ut, si quid rarum  
& exoticum ex *Indiis*, quotannis à literario commercio  
mihi Concederatis, transmissum fuerit Tuæ Curiositati  
dignum, ejus Te mox participem faciam. Vale, Vir  
eruditissime, & quod mecum inîsti Literarum com-  
mercium, id continuare ne desistas.

*Eximie Eruditionis Tue*

*Servus promptissimus & obsequen-  
tissimus*

ATHANASIUS KIRCHERUS.





# INDEX PRIMUS,

Incluta, celebria, præclara atque amabilia  
Eorum, qui ad diversos EPISTOLAS scripserunt,  
Nomina, eaque in *Notis Historico-Philologicis* ad  
hunc I. EPISTOLARUM Manipulum copiosis-  
simè atque proluxissimè explicata,  
in se continens.

*Sunt autem illa ordine Alphabeticò sic  
formata:*

- |   |   |
|---|---|
| Joannes Agricola, <i>Islebi-</i><br><i>ensis, Epist. XXXIII,</i><br><i>p. 87. sequ.</i> | *<br>*<br>*<br><i>aliàs Bodensteinius,</i><br><i>VI. 17. sequ.</i>  |
| <i>Petrejus Aperbachius,</i><br><i>V, in Append. III. sequ.</i>                         | <i>Bened. Chelidonium, II,</i><br><i>4 sequ.</i>  |
| <i>Joannes Apellus, IX, 25.</i><br><i>sequ.</i>   | <i>Ricardus Crocus, VIII,</i><br><i>23 sequ.</i>  |
| <i>Otho Beckman, XIII, 33.</i><br><i>sequ.</i>  | <i>Jo. Conradus Dannhau-</i><br><i>er, XL, 101. sequ.</i>   |
| <i>Theobaldus Billicanus,</i><br><i>XXIX, 79. sequ.</i>                                 | <i>Hieronymus Emserus,</i><br><i>VII. in Append. 113.</i>   |
| <i>Martinus Bucerus, XXI,</i><br><i>51. sequ.</i>                                       | <i>Nicolaus Gerbellius,</i><br><i>XXV. 65. sequ. XXXI.</i><br><i>83. sequ. XXXII, 85.</i><br><i>sequ.</i> |
| <i>VVolfg. Fabritius Capi-</i><br><i>to, XV, 37. XXIII, 59.</i><br><i>sequ.</i>         | <i>Franciscus de Gonzaga,</i><br><i>Cardinalis Mantua-</i><br><i>nus, I. 1 sequ.</i>                      |
| <i>Ludovicus Carinus, XIIX.</i><br><i>44. sequ. XIX, 47.</i><br><i>sequ.</i>            | <i>Helius Eobanus Hessus,</i><br><i>Francobergius, IV. in</i><br><i>Append. 109. sequ.</i>                |
| <i>Andreas Carolstadius,</i>  | <i>Ulri-</i>  |



INDEX PRIMUS.

- Ulrichus Huttenus, III. *Ricardus Pacéus, ( & non*  
*Parcus) XVI. 38. sequ.*  
*in App. 105. seqq.*  
 Athanasius Kircherus, *Cunradus Peutinger, III.*  
*X. in App. 115. sequ.*  
 Joan Kirchmann, IX. *Bilibaldus Pircamerus,*  
*App. 114. sequ.* *( seu Pirckheimerus,*  
*sive Pirchheimerus, )*  
 Franciscus Lambertus, *V. 17.*  
 XXIX. 77. *seqq.*  
 Joannes Langus, *Augusti-*  
*nianus, II. in App. 104.*  
*sequ.*  
 Joan. Lonicerus, XXXV, *Martinus Polichius,*  
*90. seqq.* *Mellerstadius, I. in Ap-*  
*pend. 103. sequ.*  
 Martinus Luther, XXIV. *Joannes Reuchlin, ( aliàs*  
*61. seqq. XXXVII. 94.* *Capnio) Phorcensis,*  
*sequ.* *IV. 10. seqq.*  
 Georgius Major, XXXVI, *Beatus Rhenanus, XXII.*  
*93. sequ.* *55. seqq.*  
 Aldus Manutius, *Roma-*  
*nus, VII. 21. seqq.*  
 Philippus Melanchthon, *Burckardus Schenkus,*  
*XXVI. 68. sequ.* *Lib. Baro à Tauten-*  
*XXXVIII, 97. sequ.* *burg, XI, 27. seqq.*  
 Jacob Milichius, VIII. *Sigismundus Augustus,*  
*in* *Rex Poloniae, XXXIX,*  
*App. 113. sequ.* *98. seqq.*  
 Carolus à Miltiz, XVII. *Joan. Stabius, X. 26. sequ.*  
*39. seqq.* *Michaël Stiefelius, XXX.*  
 Petrus Mosellanus, XX. *81. seqq.*  
*50. sequ.* *Bolfgangus ( s. VVolfgan-*  
*Guilielm. Nefenus, xxvii.* *gus ) de Tanberg,*  
*76. sequ.* *XII. 30. seqq.*  
 Gerardus Noviomagus, *Felix Trofinus, XIV, 35.*  
*XXXIV. 88. sequ.* *sequ.*  
 Joannes Hessus, *Joannes Vigilus, VI, ( &*  
*gins, IV. in* *non VII. ) in App. 112.*  
*09. seqq.* *sequ.*





## INDEX ALTER,

indicans ILLORUM, ad quos scriptæ,  
Nomina, quæ sunt,

- Bambergensis Ecclesiæ  
Capitulum, *Epist.* 1.  
*pag.* 1 *seqq.*
- Fridericus, *S. R. Imp. Ar-*  
*chi-Marschallus & E-*  
*lector*, V, 17. VIII, 23.  
*seqq.* XVII, 39. *seqq.*  
XXIX, 77. *seqq.*
- Antonius Luterbachius,  
XXXVII, 94. *seqq.*  
XXIX, 97 *sequ.*
- Martinus Luther, XXV,  
65 *seqq.* III, *in App.*  
105 *seqq.*
- Jo. Conradus Mohr, XL,  
101. *seqq.*
- Philippus Melancthon,  
XXXI, 85. *seqq.*
- Conradus Mutianus, *Ru-*  
*fus*, IV, 10. *seqq.* XX, 50.  
*sequ.* II, *in App.* 104,  
*sequ.* IV, *ibid.* 09 *sequ.*
- Paulus IV, *Fontifex Ro-*  
*man.* XXXIX, 98. *seqq.*
- Laurentius Rhodoman-  
nus, IX. *in App.*
- Jo. Theodorus Schencki-  
us, X. *in App.*
- Georgius Spalatinus, II,  
4. *sequ.* III, 5. *seqq.* VI,  
17 *seqq.* VII, 21. *seqq.*  
IX, 25. *sequ.* X, 26.  
*sequ.* XI, 27. *seqq.* XII,  
30 *seqq.* XIII, 33 *seqq.*  
XIV, 35. *sequ.* XV, 37.  
XVI, 38 *sequ.* XVII,  
44. *seqq.* XIX, 47. *seqq.*  
XXI, 51 *seqq.* XXII, 51.  
*seqq.* XXIII, 59. *sequ.*  
XXIV, 61. *seqq.* XXVI,  
68. *seqq.* XXVII, 76.  
*sequ.* XXIX, 79 *sequ.* XXX,  
81. *seqq.* XXXI, 83. *sequ.*  
XXXIII, 87. *sequ.* XXXIV,  
88. *sequ.* XXXV, 90. *seqq.*  
XXXVI, 93. *sequ.* I *in App.*  
103. *sequ.* V, *ibid.* 111.  
*sequ.* VI *ibid.* 112 *sequ.*  
VII, *ibid.* 113. VIII,  
*ibid.* 114.





# INDEX TERTIUS,

qui est

## Rerum potiorum atque notabiliorum.

### A.

*Acerbissima à DEO imposita haud egrè sunt ferenda, p 60.*

*Amicus alterum sine ullo tædio voti reddat competentem, 55. Amico occupato per nimiam scribendi familiaritatem non abutamur, 50. Amicrum magis animus, quàm munus est estimandus, 32 Eorum salutatio nobis est grata, 38. Auditum quoque nobis est grata eorum felicitas 65. 66. Eos donemus memorie causa Xenis, 47. Erga Amicos nos pro dignitate officiosos ostendamus, 50. 84.*

*Jos. Annii Libellorum Censura, 17.*

*Philippi Aperbaschi Professio, 72.*

*Astrologus jacturam facit nominis sui, si ejus predicta non eveniunt, 53.*

*Auditores in Academiis (addam & Scholis) plerumq; sunt ingrati, 78*

*Aulici vestiuntur mollibus, 14. Aulicorum incorruptissimorum fama est solida, 60.*

### B.

*Barbe atq; comarum nutritio homines ignotos solet reddere, 64.*

*Otho Beckman ineptè putat, Potestatem summi Pontificis nec convelli, nec minui posse Mart. Lutheri latratibus, 34.*

*Judocus Bos, Bibliopola, commendatur, 79.*

*Otho Brunfelsius, Carthusianus, 67.*



## INDEX TERTIUS.

### C.

Joachimus Camerarius  
 prælegit VVitteberge  
 Quintilianum Studio-  
 sis, 72. Revocatur do-  
 mum Papebergam à  
 Parente, *ibid.* Ejus E-  
 logium, *ibid.*

Joann. Capnion, Seculi  
 nostri facile Cato, 26.  
 Aliud Ejus Encomi-  
 um, 18.

Andr. Carolostadii Inge-  
 nium ac Scripta sunt  
 exosa, 85.

Christiana Charitas apud  
 Christianum Princi-  
 pem valeat semper plu-  
 rimum, 89.

Christianus quilibet sem-  
 per retineat istum ani-  
 mum, quem sibi semel  
 formavit simplex Scri-  
 pturæ sententia, 85.

Christiani veri & per-  
 sonati describuntur,  
 70. Veris semper stru-  
 untur insidiæ, 66.

Christophorus, Dux Me-  
 gapolitanus, eligitur  
 ArchiEpiscopatus Ri-  
 gensis Coadjutor, 99.

Christus noster Præceptor,

91. dissimulat nonnun-  
 quam se adesse; cum ta-  
 men adsit ubicunque,

74. Absens quoq; mede-  
 ri potest, *ibid.* De ejus  
 auxilio multi dubi-  
 tant, quando, peractis  
 precibus, id statim cæli-  
 tibus non venit, 75.

St. Joann. Chrysostomi O-  
 pera venditio, 29.

Clerus fabula habetur in  
 humana societate, 34.

Comitia Pietati consulant,  
 91.

Concilium Noribergam  
 convocandum petit  
 Theobaldus Billica-  
 nus, 80.

### D.

Demonum præstigiis &  
 nugis nulla fides est ad-  
 hibenda, 17.

DEUS, Misericordiarum  
 Pater, 82. Ejus Ver-  
 bum ut sit alligatum,  
 in nullius Hominis est  
 potestate, 64. Pro eo  
 pati gloriosum est atq;  
 Heroicum, *ibid.*

Diabolo, in fatigabili Ho-  
 sti, nunquam ceden-  
 dum, 95.



## INDEX TERTIUS.

### E.

*Ecclesia commentis hominum non potest reformari, 35. Eam proprio commodo non defraudemus, 34.*

*Elenchus moralis imprimis caput auditorum tangat, 58.*

*Engelhardus Romæ scripsit Epigrammata, 26.*

*Equus generosus, quamvis senex, in malis animum suum non dejicit, 11.*

*Desid. Erasmus Roterod. laudatur, 44.*

### F.

*Famam intueri optimus in humanis est, 12.*

*Fides hominum lubrica, 105.*

*Fridericus, Elector Saxonie, laudatur 6, 10. 11. 13. 15. 23. 24. 35 36. 38. 46. 49. 57. 59. 78. 80. Bibliothecam erexit omni delectissimo.*

*rum quorumlibet Librorum genere referatam, 24. Scripsit ad Aldum Manutium, 21.*

### G.

*Galeacius, Comes Mediolanensis, 56. In Ejus Bibliotheca extat totus Vellejus (Paterculus,) à Merula quondam repertus, ibid.*

*Galfredus scripsit de Rebus Britannie, 10.*

*Gaudium nullum in rebus humanis perpetuum, 93.*

*Nicolaus Gerbellius Luthero & Melanchthoni desiderat commendari, 84.*

*Gibellinorum & Guelphorum tumultus oriuntur in Italia, 57.*

*Gladii administratio est spiritualis & civitis, 71. utraque describitur, ibid.*

*Franciscus Gongaza fa-*



## INDEX TERTIUS.

vet Nationi Germanice, 2.

### H.

Balthasaris Havveri  
Laus, 59.

Henricus, Augustensium  
Episcopus, 9 deficit ab  
Oitone II. Cas. ibid.

Hermannus, Ueringio-  
rum Comes, 10.

Bernhard de Hirsfeld, E-  
lectoris Sax., Frideri-  
ci, Cubicularius, 13.  
Miles strenuus, 28.

Homines impudentissimi  
nihil verentur in peri-  
culum deducere navem,  
in qua & ipsi navigant,  
84.

Ludovicus Hoornke,  
Bibliopola Lipsiensis,  
52.

### I.

In eternum una non est di-  
ctio, 73.

Joannes Transylvanus  
Filium suum Turcico  
Tyranno non est missu-  
rus, 98.

Joannis Pauli, Italorum,  
cujusdam Principis, ca-  
put amputatur jussu  
Rom. Pontificis, 57.

Jornandes scripsit de Bello  
Gothico, 8.

Italorum Principes maxi-  
mè sunt contempti apud  
Rom. Pontifices, 58.

Itinera operum nonnun-  
quam inopinatam fla-  
gitant, 102.

### K.

Athanasii Kircheri cum  
Indis Litterarum com-  
mercium & negotium,  
116.

Georgii Matthiae Koenigii  
Laus, 102.

### L.

Laudatio ex amore profi-  
ciscens, 6.

Laus nimia ac summa,  
quâ dignamur aliquem  
coram, Adulationis  
speciem per sepe pra se  
ferre solet, 45.

Li-



## INDEX TERTIUS.

- Librorum Correctoribus in Officinis Typographicis, immò & ipsis Typographis parum est fidendum, 56.*
- Lingua se confert, ubi dens dolet, 22.*
- Litteræ lepide, 28.*
- Livonia status miserabilis, 99.*
- Joh. Loniceri fors describitur, 92. Per Georg. Spalatinum desiderat commendari, ibid.*
- Luitolfus, Caesaris Ottonis Magni Filius, 8. Suevorum dux à Patre declaratur, ibid. Patri rebellat, ibid. Ejus gratiam duorum Episcoporum intercessione denuò impetrat, 9. Berengarium in Italia profligat, capitq; ejus Filium, ib. Potitur Regno Italiae, ibid. Moritur Plombini & sepe litur Moguntiae, relictò Ottone Filiò, ibid.*
- Martinus Lutherus magnò studiò admirabiliq; sententiâ simplicem*
- Scripturae Sacrae sententiam observavit, 85. Ejus Libri & Epistole singulari Spiritu sunt scriptæ, 82. Sunt quovis Mundi pretio Thesaurus inestimabilis, ibid. Ejus Commentarius in Matthæum est totius doctrinae Christianae forma, 67. Scripsit devotissimam pro Argentoratensibus in Re Sacramenti Informationem, 81. Ut & Epistolam consolatoriam ad Bartholomæum Starenbergensem, ibid. Ejus Librorum, quos in Captivitate sua adornavit, recensio, 63. Ejus Libri Evangelici combusti Parisiis, 56. ut & Wormatiae, 60. Ejus Librorum Catalogus universalis congestus est per Spalatinum, 81. A quo instar Apollinis cultus, 104. Ei, Trevirim ut proficiscatur, salvus condu-*

*Ejus*



## INDEX TERTIUS.

- Ejus promittitur, 42. Ejus Judex in Religio-  
nis negotio sit Trevi-  
rensis Archi Episco-  
pus, 41. Wormatiâ  
rediens in itinere ab  
Abbate Hirsfeldenti  
humaniter est exce-  
ptus, 63. Mox captus  
& custodiæ Ilenaci  
traditus, 64. Benignè  
quoq; aliquando est ex-  
ceptus Erfurti, 69. Ubi  
est concionatus, 70. Ut  
& Vinariæ, 69. 71. De-  
siderat beatam ἀνάλυ-  
σιν, 96.*
- Lydi inter homines primi  
argenteum Numisma  
dicuntur percussisse,  
14. 15.*
- Matthias Lympergius,  
Lutheri olim domesti-  
cus, deinde Alberti,  
Comitis Mansfeldici,  
Concionator aulicus,  
91. Laudatur, ibid.*
- M.
- Magnatibus atq; Potenti-  
oribus maxime sit pro-  
prium, Veritatem a-  
mare, atq; odisse Calu-  
mnia, 11. Inter evita-  
bilia negotia Laconicè  
saltem us est responden-  
dum, 21.*
- Merula totum Vellejum  
Paterculum reperit,  
56.*
- Messie adventus juxta  
nonnullorum Ebræo-  
rum sententiam qualis?  
16.*
- Caroli Miltizii Relatio  
ad Fridericum, Electo-  
rem Saxonie, de  
Martino Luthero, e-  
jusq; Religionis negotio,  
40 seqq.*
- Wilhelmus Molitor,  
Francisci Gonzagæ,  
Cardinalis Mantuani,  
Notarius & Commen-  
sialis, 1. Ejus fidelitas  
commendatur, 2.*
- Momus Venerem cum  
non potest, sandalium  
ejus culpatur, 7.*
- Moschus Schenckii com-  
mendatur, 115.*
- Petrus Mosellanus Geor-  
gio Spalatino com-  
mendatur, 117.*



## INDEX TERTIUS.

*mendatur, 25. Fit Re-  
ctor Academiæ Lipsien-  
sis Magnificus. 50. Plus  
minus trecentos audi-  
tores habet Lipsiæ in  
explicandis Epistolis,  
51.*

*Conr. Mutianus Rufus,  
nostri Seculi facile Ca-  
ro, 26.*

### N.

*Nugæ indignæ homini oc-  
cupato non sunt objici-  
endæ, 68.*

*Numismata duo Antonii  
Augusti & Severæ  
Augustæ Imagines re-  
ferentia mittuntur ad  
Georg. Spalatinum,  
32.*

### O.

*Oecolampadius adstipu-  
latur sententiæ Carolo-  
stadii, 86.*

*Otto Magnus Caesar Lui-  
tolfum Filium suum  
Suevorum ducem de-  
clarat, 8.*

### P.

*Pacem Imperialem non-  
nunquam solent fran-  
gere audaciâ Adversa-  
rii, 11.*

*Pauli IV, Pontificis Max.  
Elogium, 98. sequ.*

*Perfidia hominum omnino  
damnum affert, 87.*

*Perpetuò magis Latinè,  
quàm in æternum, vel  
in ævum, dicimus,  
73.*

*Conr. Pentingeri MScto-  
rum, quæ possedit, ut &  
ejus Thejauri Rerum  
Germanicar. fit men-  
tio, 8.*

*Deginhardus Pfeffinger  
laudatur, 27.*

*Philippus, Dux Pomera-  
niæ, moritur, 97.*

*Joann. Pici, Comitæ Mi-  
randulani, Elogium,  
15.*

*Bilibaldus Pirckamerus, s.  
Pirckheimerus, lauda-  
tur, 4.*

*Petrus Piscator, Linguae  
Græcæ peritissimus.  
115.*

Tho-



## INDEX TERTIUS.

- Thomas Plaurerus, elegantissimus Juvenis, 67  
 Pontani Eloquentia & Virtus laudanda, 97  
 Pontifici Romano, etiamsi iniquissimus atq; sceleratissimus is sit, adversari, inexpiabile sit facinus, 105.  
 Pontificum Romanorum Vita multum à Christianismo degeneravit, 58.  
 Predictionum naturalium effectus, 87.  
 Professorum Wittebergensium Juris in explicando Textu negligentia accusatur, 77.  
 Ptolomæus Venetiis excusatus, 104.  
 Q.  
 Quies est melior, quam Viro sancto negotium velle laceßere, 75.  
 Regius propriè quis? 73. 74. 76.  
 R.  
 Regius propriè quis? 73. 74. 76.  
 S.  
 Savitia in Conscientias explorandas est detestanda, 61.  
 Satane impotentia, 91.  
 Henr. Schererius Æno-barbus dictus, 46.  
 Christoph. Scheurti Elogium, 5.  
 Joh. Scoti Libri cujusdam censura, 18. 19.  
 Scriptura Sacra, ut jejuna, sordebat olim studiosè Juventuti, 51.  
 Georg. Spalatinus carmine laudatur 4. 5. Laudatur ulterius, 30 31. 36. 38 44. 45. 90 91. 92. 93. Transulit Libellum de MISSA Latinum in Germanicam Linguam, 80. Martini Lucheri Librorum confecit Catalogum, 81. A Bolfig. de Tanberg accepit duo Numismata, Antonii Augusti & Severæ Augustæ Imagines referentia, 32.

Sue-



## INDEX TERTIUS.

*orum Barbaries & erocia denominatur, 3.*

### T.

*Tabellarius nonnunquam est viva Epistola, 85.*

*Tentationes Christianis sunt necessariae, 94. 95. Earum effectus describuntur, 95.*

*Tertulliani Opera à B. Rhenano edita, 59.*

*Typographi Libros nonnunquam mutilare solent, 87.*

### U. V.

*Udalricus, Episcopus Augustensis, 9. Expiat LUITOLFUM, Svecviæ Ducem, eumque Patri Ottoni Magno rebellantem, ibid.*

*Vellejus (Paterculus) extat totus in Bibliotheca Galeacii, Comitum Mediolanensis, 56. Ejus Fragmentum à*

*B. Rhenano recens inventum mittitur Wittenbergam, in Bibliothecam Principis reponendum, 55. 56.*

*Veritate tandem defendimur, 12.*

*Violentia impudens magna suscitatur odia, 61.*

*Viri docti sint humani & valde communes omnibus, 45.*

*Virtus enatat cum naufrago, 12.*

*Vita CONSTANTINI III. è Græco in Latinum est translata à Reuchlino, s. Capnione, 13.*

*Vitæ diversorum Cæsarum, Pontiff. & Episcoporum MSSæ fuisse penes Contr. Peutingerum, 7. 8.*

*Vivis est sperandum, 12.*

*Voluntas in re ardua est laudanda, 88.*

*Votorum matura apud DEUM exauditio non semper Christianis est commoda atque utilis, 95.*

*Vvil-*



# INDEX TERTIUS.

W.

*W*ilhelmus, Marchio  
Brandenburgensis, E-  
piscopus Rigensis, 100.  
*V*illegels, Aulicus *V*i-  
mariensis, 69. Concio-  
nes LUTHERI *V*i-  
marie habitas calamô  
exceptit, ibid. & 72.  
Ja. *V*imphelingus scri-

psie de Gravaminib  
Palatinatûs, 52.

X.

*X*eniis donemus Ami-  
nostros in sempiterna  
memoriam, 47.

Z.

*Z*winglius ad stipulat  
Sententia Caroloſtadi-  
na, 86.





nib

mi

na

late

tadi

ST

ST

16.

03

11

11

11

11

11

11

11

11

11

11

11

11

11







Ta 1286

ULB Halle

3


004 010 515



VON

72





7.3





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

# KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

